Alij etiã hoc. Exheredatio põt fieri p verba preteriti imperfecti vel etiã futuri tẽporis. h. d. ℂ No. qꝺ dixi in ſummario. Quid autẽ in contractibus an poſſit fieri per verba futuri temporis vide qꝺ not. in. l. v. §. ſtipulatio. ff. de ver. obli. ꝛ in. l. in emẽtis. C. de contrahen. emptio.

Summarium.

1 Pater filium exheredare poteſt.
2 Exheredatio quãdo ad cõmodũ filij cenſeatur fieri.

Multi. Exheredatio quoqꝫ ſit ad bonũ ꝛ ad cõ
1 modũ filij. h. d. ℂ † No. qꝺ licitũ eſt pa
trem exheredare filiũ ad cõmodũ ipſi⁹ filij. ꝛ intellige
cũ effectu ita qꝺ nõ poterit agi q̃rela ad rumpendũ
teſtm̃. ꝛ iſte eſt effect⁹ illi⁹. l. facit qꝺ habet̃ in. l. ſi emãcipatus. ff.
de ꝯtabu. An autẽ iſta exheredatio hodie ſit ꝑmiſſa tangit hic
Bar. ꝛ tetigit gl. in. l. ſi pater puelle. ꝛ. l. qm̃ in pꝛioꝛibus. ꝛ. l. ſci
mus. §. repletionẽ. C. de inoff. teſt. ꝛ in. l. cũ ex filio. ff. de vulga. ꝛ
pu. ꝛ ibi p Bar. de quo etiã habet̃ p Ang. q in effectu ſequitur
id qꝺ tenet Bar. in. d. l. cũ ex filio. lꝫ Bar. inet alter hꝛ videatur
loqui. Sed melius videtur dicere ꝛ plenius in. d. l. cum ex filio.
2 ℂ † Jtẽ no. quod qñ exheredatur impubes extraneo inſtituto
ꝛ grauatur inſtitutus de reſtituẽdo hereditatẽ filio cum in ſuã
tutelam peruenerit. quod in dubio videtur fieri exheredatio ad
cõmodum filij. facit quod habetur in. d. l. cum ex filio.

Summarium.

1 Fauores ampliandi ſunt odijs reſtrictis.
2 Jus accreſcendi in exheredatione locum non habet.

Cum quidã. Licet inſtitutio poſſ. ſ fieri in certa parte: nõ tñ põt ſic
1 in exheredatio. h. d. ℂ † No. qꝺ odia ſunt reſtringen
da ꝛ fauores ampliãdi. de quo in. c. odia. de re. iur. li.
2 vi. ℂ † No. ſcꝺo qꝺ in exheredatione nõ eſt locus iuri accreſcẽ
di rõ eſt ſm Bal. ꝛ Ang. qꝛ priuationi nõ cõuenit ꝙ accreſcat
ꝑuato ſed cõceſſioni ꝛ acquiſitioni bñ cõgruit incremẽtũ. ex hꝛ di
cebat Bal. quod etiã ſi exhrdatio nõ eſſet odioſa: vt qꝛ eſſet fa
cta ſm formã legis p̄cedentis tamen procederet hec lex. Sꝫ
forte poſſet dici quod tunc exheredatio teneret: quia non vide
tur etiam tunc teſtamentum irritari ratione p̄teritionis. ex quo
id quod eſt factum, eſt factum ad commodum filij: vt in. l. ſi e
mancipatus. ff. de contratab. u. niſi dicas illam. l. loqui in eman
cipato quo caſu teſtamentum a principio non eſt nullum ratio
ne p̄teritionis licet veniat contratabulandum. ratio tamen
ꝛ mens illius. l. ꝛ. l. p̄cedentis ſatis videtur habere locum etiã
in ſuo. Quid autem ſi filius exheredetur ab illa quota quam
eſſet habiturus ab inteſtato. puta a dimidia in caſu huius. l. an
teneat exheredatio. tenet hic Bar. quod ſic de quo hic per eũ
ꝛ Ang. ℂ Jn glo. adiuuande. ibi. §. exercitum. Solue vt not.
per Dy. in regula odia. de reg. iu. in lib. vj. nã vbi vr̃ ſpãle fauo
re reipublice ꝛ ne maleficia remaneãt impunita ar. l. ita vulne
ratus. ff. ad le. aql. qꝛ ibi fuit eadẽ rõ toti⁹ ad partẽ. hic ſecus.

Sub cõditione. Ut qs ſit ſuus hꝭs patri requirit̃ qꝺ non ſit in ptãte alterius tẽpe mortis teſtatoris ꝛ conditionis venientis. h. d. ℂ No. a ꝯtrario qꝺ fili⁹ pure inſtitut⁹
eſt ſuus et neceſſarius patri. ꝛ eſt verũ inſpecta. l. duodecim ta
bu. ſꝫ inſpecto bñficio p̄tozis eſt ſuus ꝛ non neceſſarius: qꝛ põt ſe
abſtinere lꝫ tũc remaneat heres nõie: vt in. §. ſꝫ his. inſti. de her.
qua. ꝛ diffe. ꝛ. l. cũ quaſi. §. ſꝫ ꝛ ſi q. ff. de fideicõ. liber. ℂ Jn gl.
dederit. ibi nec aliquo momẽto eſt heres Bal. ꝛ An. vidẽt̃ in
hꝛ tenere ꝯ p. l. cũ filio. ff. de leg. i. ſꝫ de hꝛ dicendũ vt ibi, vbi Bar.
videt̃ ſeq hãc gl. Aduerte qꝺ hec rõ alio reſpectu nõ videt̃ bo
na nã videt̃ cõtra legẽ q in aliena. §. interdũ. ff. de acq. here. vbi
videt̃ eſſe caſus ſingularis qꝺ exiſtẽs in ptãte teſtantis ſi ſic ab
eo inſtitutus lꝫ nõ obtineat primã gradũ tñ dicatur ſuus ꝛ ne
ceſſarius ꝛ ſic iura alia q̃ vidẽtur ſonare oppoſitũ intelligantur
qñ non eſt inuitatus a teſtatore. ℂ Ultimo facit. l. iſta ad queſ
tionẽ ſi filius inſtitutus ſub conditione poſt mortẽ patris in
gredit̃ monaſterium: qꝛ tunc trãſit in poteſtatẽ abbatis: vt no.
in gl. in. l. ſi ex cã. §. pe. ff. de mino. qꝺ tunc lꝫ eueniat cõditio nõ
ſit heres neceſſarius patri. de quo hic per Bal. ꝛ Ang.

Sꝫ filiũ. Uolũtas poſterioꝛ derogat pꝛioꝛi potiſſime cũ eſt fauorabilis ꝛ primo odioſa. h. d. ℂ No. quod vltima derogãt pꝛioꝛibus facit. l. pacta nouiſſima. C. de pactis.

Cum ſub cõdi. Sufficit qꝺ tẽpe natiuitatis filius reperiat ſe pariter inſtitutũ. h. d. Et facit qꝺ. l. qm̃ in pꝛioꝛib⁹ C. de inoff. teſta. nõ habeat locũ in poſthumo ſi grauamen deficiat ante eius natiuitatem.

Summarium.

1 Ciuis verus non poteſt cenſeri fictus.
2 Qualitas naturalis potius ꝙ accidentalis attẽdi debet.
3 Banna nõ ſtatim tolluntur qꝺ ciuitas bãnita recõciliatur.
4 Res habent ſuos de facili queqꝫ recurſus.
5 Jnſtitutio q̃ ſit de certa pſona effectum ſumit ſemper in ea.

Filio quẽ. Qñ veritas ꝛ fictio tendunt ad eundẽ finẽ veritas p̄ualet fictio
1 ni. ꝛ ſic inſpicit̃ veritas ꝛ nõ fictio. h. d. ℂ † Not. ex
tex. arg. qꝺ verus ciuis nõ poſſit cenſeri ciuis fictitie.
2 ℂ † Jtẽ no. quod inſpicit̃ qualitãs naturalis potius ꝙ accidẽ
talis quãdo tẽdunt ad eundẽ finem. Quid autẽ ſi ad diuerſos.
recurre ad. l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tuto. cũ ibi no. p Bar.
ꝛ in. l. i. §. beſtias. ff. de poſtula. ℂ Jtẽ not. differentiã inter ver
bum trãſferri ꝛ reddi. ꝛ ſic facit ꝓ opi. illorum qui dicunt ꝙ per
donationem factam per conſtantinũ beato ſiluestro de terris
eccleſie dicatur potius fuiſſe facta redditio ꝙ trãſlatio. de quo
aliqd hic tetigit Bal. ꝛ Ang. ꝛ p Guil. ꝛ Bar. in prima conſti
tu. digeſtorũ ꝛ p Ja. bu. ꝛ alios in prima cõſtitutione codicis.
3 ℂ † Ultimo no. ar. ſm Bal. qꝺ ſi ciuitas vel terra aliqua fuerit
bãnita p dñm qꝺ licet poſtea fuerit recõciliata nõ tollunt̃ ban
na. ſicut ꝛ hic nõ tollit̃ exheredatio prius facta: lꝫ filius patri re
cõciliet̃. qꝺ videt̃ mirũ. Sed contrariũ tñ tenet hic Ange. qꝛ re
pugnantia videtur qꝺ ſit recõciliata terra remaneãt bãna. Sꝫ
hic nõ eſt repugnantia ſcꝺm eũ qꝺ remaneat filius exheredat⁹.
Tu potes addere qꝺ cũ exheredatio ſit ſolẽniter facta i actu ſo
lẽni teſtamẽti nõ videt̃ p actũ min⁹ ſolẽne ꝑuꝫ eſt ipſa arroga
tio alio nõ interueniẽte tolli ꝑ ea q̃ habentur in. l. heredes pal
§. ſi qd poſt. ff. eo. ꝛ ideo opꝫ eſt qꝺ pater ſolẽniter reuocet ipã
exheredationẽ ꝛ potiſſime qꝛ alias ſi diceremus ſimplr̃ exhereda
tionẽ ſublatã remaneret fili⁹ preterit⁹. ꝛ ſic teſtm̃ nullũ. ꝙ in du
bio nõ eſt interpꝛetãdũ. arg. eoꝝ q̃ no. in. l. pe. ff. eo. ꝛ eoꝝ q̃ no. in
l. ex parte. ff. de adi. leg. alias de heredi. inſti. Potes tñ dicere qꝺ
ſi ẽt dñus q habet merũ ꝛ ſupꝛemũ imperiũ ꝛ põt ex mera volũ
tate abſqꝫ ſolẽnitate aliqua tollere bannũ tunc procedat opi.
Ang. ſecus ſi nõ poſſet ſine certa ſolẽnitate tolli bãnũ: qꝛ tunc
ꝓcedat opi. Bal. arg. huius tex. ꝛ ei⁹ quod ꝓxime dixi. ℂ Jtẽ
potes notare quod exheredatio que apprehendit certũ corpus
4 pſone retinet illã etiã ſi qualitas in ipſa alteretur. ℂ † Ultimo
no. ꝙ res faciliter redit ad naturã ſuã de quo. xxxv. di. ab exoꝛ
dio. ꝛ. l. ſi vnus. §. pactus. ver. quod ſi in ſpẽ. de pac.

Si titius. Sufficit reperiri nepotẽ adoptiuum ſcriptũ hꝛ dẽ lꝫ nõ fuerit ſcript⁹ vt adoptiu⁹
5 h. d. ℂ † No. qꝺ inſtitutio facta de certa pſona ſumit effectum
ſemꝑ in ea lꝫ qualitas variet̃ ꝛ idẽ in exheredatiõe qñ eſt vali
da vt in principio huius. l. ſecus ſi exheredatio ſit inualida: vt
qꝛ ſit facta de extraneo: vt notatur in prima glo. huius legis.

Poſthuma. Si tempoꝛe natiuitatis poſthuma nõ reperitur legitime inſtituta rumpit teſtamentum. h. d.

Summarij.

Summarium.

1 Exheredatio quando nominatim fieri dicaẽ.
2 Exheredatus inter ceteros quando quis dicatur.
3 Error allegari ⁊ coram iudice probari debet.
4 Diſpoſitio generalis ad ignorata non eſt referenda.
5 Exheredatio q̃ fit ꝓpter odium nõ cadit in poſthumum.
6 Liberorum nomẽ generalius eſt nomine filiorum.
7 Inſtitutio generalis facta de liberis an comprehendat eũ quẽ teſtator putat mortuum.
8 Prouiſio que fit in vnũ caſum quãdo porrigatur ad alium.
9 Verba que ad futurum referuntur interdum in ſenſu preterito verificantur.
10 Maleficium quando mane vel ſero committitur an de die vel nocte fieri dicatur.

Titius teſtamẽto.

Qui exhẽdat filias in plurali vr̃ nõiatim exheredare. ⁊ exheredatio nõ porrigiẽ
1 ad filiũ quẽ ignorauit ſe habere.h.d. ¶ † Not.q̃ꝺ exheredatio dr̃ nõiatim facta ſi exprimiẽ nomẽ ſpeciale: nõ exprimaẽ nomẽ indiuiduũ ⁊ ſic facit q̃ꝺ requiraẽ quẽ expreſſe renũciare caſibus fortuitis q̃ꝺ ſufficiat ſi dicat q̃ꝺ renunciet omnibus caſib⁹ fortuitis. vel q̃ꝺ dicat q̃ꝺ ſuſcipiat oẽm caſum fortuitũ in ſe: q̃ꝺ videẽ tenere hic Bar.de quo in.l.ſꝫ ⁊ ſi q̃s.§. queſitũ.ff. ſi quis cau. Sꝫ in contrariũ facit tex.in.c.q̃ ad agendũ. de ꝓcura. lib.vi.vbi nõ ſufficit dicere: do tibi mãdatũ ad oĩa que requirũt ſpeciale mandatũ niſi alia fiat expreſſio vel niſi aliqua ſpecialia exprimanẽ ſubiecta clauſula predicta ſic vr̃ eodẽ modo q̃ꝺ debeant exprimi aliqui caſus fortuiti ⁊ ſubijci clauſa ꝓdicta. Fateor tñ q̃ꝺ ſi nõ eſſet tanta generalitas li: nõ eſſet deuẽtũ ad indiuidua ſufficeret vñ videẽ ſufficere ſi quis dat mandatũ ad petendũ reſtitut oĩm in integrũ quoties opus erit ⁊ ſic li. non exprimat ſigulãter caſum in quo peti debeat reſtitutio de quo in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqui.here. li aliqui cõtra de quo etiã p Cy.in.l.vna.C.etiã per procura.cauſam in integ. reſti.agi poſſe.⁊ eadẽ rõne videreẽ q̃ꝺ ſi q̃s diceret ſuſcipio in me oẽm caſum fortuitũ cõtingentẽ ꝓpter quodcunq; incẽdiũ q̃ꝺ hoc caſu bene teneret cũ iſta diſpoſitio nõ ſtat adeo in terminis gñalibus ſicut illa q̃ q̃s ſuſcipit in ſe oẽm caſum fortuitum de
2 materia etiam p Jo.an.in.c. vno. extra de comoda. ¶ † Not. q̃ꝺ ſꝫ in exheredatione ponaẽ verbũ ceteri non ex hoc ſolo diceẽ eſſe inter ceteros exheredat⁹ ſed demũ diciẽ inter ceteros exheredatus dũmodo alias nomẽ ſpeciei exprimaẽ ſaltem cum ſigno vniuerſali. Idẽ ſi ſine ſigno vniuerſali ⁊ duo tãtũ ſint ad quos poſſit referri ſermo pluralis.ar.l. vbi numer⁹.ff.de teſti. ſecus ſi eſſent plures q̃ duo.vt h̃ etiã ſenſit Ang.nã tunc vitiareẽ exheredatio ſꝫ facta eſſet p verba pluralis numeri indefinite. ſicut ⁊ ſi eſſet facta p ṽba ſingularis numeri plures eẽnt filij.l.ij.ff. eo.
3 ¶ † Itẽ no.illud q̃ꝺ error dꝫ allegari ⁊ corã iudice ꝓbari ꝺ quo vide bonũ tex.in.l.ſi adulteriũ cũ inceſtu.§.idẽ pollio.ff.⁊ ibi p Bar.ff.de adul.⁊ de materia plene in.l.error.C.ſtur.⁊ fac.igñ.
4 ⁊ in.l.ij.ff.de gñſ. ¶ † Ultimo etiã no.q̃ꝺ diſpoſitio gñal nõ referẽ ad ignorata.facit.l.q̃ cũ tutorib⁹.§.pe.⁊ fi.ff.de tranſa. ⁊ in.l.tres fratres.ff.de pac.de quo.in.l.ſub ꝑtextu ſpecierũ.⁊.l.ſi decreta.C.de trãſac. ¶ In gl.ij.ibi cõprehendũẽ etiã poſthumi.hoc intelligunt doc.cõiter ſi ſit facta mentio de poſthumis in aliqua parte teſtamẽti alioſec⁹ p.l.q̃ filiabus.ff.de lega.i.⁊ ad l.ſi q̃s filiabus. rñdet Bart. q̃ꝺ ibi agiẽ de datione tutele q̃ eſt fauorabilis hic de exheredatione q̃ eſt odioſa.ff.eo.cũ quidam. Sed certe hec rñſio vr̃ ↄtra.d.l.q̃ filiabus vbi agitur de legato q̃ꝺ põt dici fauorabile ſicut ⁊ inſtitutio ar.l.ſi hereditatẽ.ff. mãdati. ⁊ tñ in dubio ibi nõ cõprehendiẽ poſthum⁹ in legato facto filijs niſi aliqua parte teſtamẽti ſic facta mẽtio ꝺ poſthumo vt ibi per. Uñ ſi rñdere poteſ melius vt ibi melius ſenſit gloſ.q̃ꝛ aliud tutela q̃ datur rõne filiationis ⁊ aliud in legato q̃ꝺ cõſueuit dari rõne affectionis ⁊ ꝓpter merita q̃ n̄ ſic cadũt in poſthumũ qui nõdũ eſt in rerũ natura arg.l.ſuus.ff.de obſeq. ſicut
5 vbi nõ cadit meritũ ita nec demeritũ ideo † ꝑmitrũ ſi exheredatio que cõſueuit ꝓpter odiũ ⁊ demeritũ fieri in dubio nõ comprehendat poſthumũ.ſi ſmel o inimis debet comprehendere ex quo legatũ q̃ꝺ eſt fauorabile nõ cõprehẽdit.poſſes tñ ſaluare referendo ipſam ad tex.q̃ videẽ loq̃ q̃ñ vnicũ tñ filiũ habebat teſtator ⁊ ideo neceſſario oẽdo in plurali ceteri oẽs filij filieq; ⁊c.cõprehendunẽ poſthumi.arg.l.ſi.ff.ad treb.⁊ q̃ꝺ habeẽ in.l. pediculis.§.itẽ cũ grereẽ.ff.de auro ⁊ arg.lega.⁊.l.meuius.§.cũ. qui.ff.de leg.ij. ¶ In glo.recte.ibi.§.j.hec glo.cõiter tenetur. lꝫ gl.aliter loquaẽ in.d.§.ſ. nõ faciens ſo differentiam inter verbũ liberi ⁊ verbũ filij ſed an apponat ſignum vniuerſale an non:
6 ſꝫ vt dixi hoc cõiter tenetur ex eo q̃ꝛ † nomẽ liberorũ eſt magis generale q̃ nomẽ filij: q̃ꝛ cõprehẽdit nedũ filios primi gradus: ſed etiã vlteriores.l.liberorũ.ff.de ver.ſig.ſꝫ verbũ filios videtur cõprehẽdere filios primi gradus tñ ſaltem in materia odioſa.

Unde dixit Bal q̃ꝺ ſi ſtatutũ eſt q̃ꝺ aliq̃s cũ filijs filiis nõ poſſit ſtare in ciuitate nõ cõprehẽdenẽ nepotes ⁊ vlteriores.facit q̃ꝺ no.gl.in.§.manifeſtũ.in aut.de reſtit.fideicõmiſſi.⁊ q̃ꝺ plene no. in.d.l.liberorũ.⁊ per predicta etiã dixit hic Bald.q̃ꝺ ſi diceret omnes liberos primi gradus exheredo vel omnes hos liberos demonſtratio filios ſatis diceret exheredatio nominatim facta. facit.l.que extrinſecus.ff.de ver.ob. ¶ In gl.opꝫ ibi quẽ ignorat habere ſignanter no.hãc glo.Bal.cũ.l.hic alle.⁊ ſucceſſiue Ang.ex qua habes q̃ꝺ diſpoſitio generalis non trahiẽ ad ignorata ſeu ad incognita.⁊ iſtud facit ſcđm eũ an aũt ex cauſa in quantũ cõſeruat legata habeat locum q̃ñ rumpitur teſtamẽtũ natiuitate poſthumi preteriti quẽ teſtator ignorabat eſſe in vẽtre nã facit ſcđm eum iſta gl.q̃ꝺ non.⁊ ſic intelligaẽ glo.in.l.i.de poſthu.ſecus ſi ſciebat ⁊ ſic intelligaẽ glo.in.l.vxorẽ de manu. teſta.⁊ in.l.i.C.de codi.tñ ipſe q̃ñ teſtator ignorauit poſthumũ eſt in vẽtre.cõcludit q̃ꝺ ſi ſunt legata neceſſitatis vt facta ꝓ male ablatis incertis vel pro reſtitutione vſurarũ illa debebunẽ ſecus ſi eſſent voluntatis ſi nullum filiũ habebat nec habere ſperabat ar.l.cũ acutiſſimi cũ ſi.C.de fideicõ.ſec⁹ iſi dicit ſi habuiſſet filiũ iã natũ quẽ inſtituiſſet ⁊ etiã legata feciſſet.nã tunc licet ignoraſſet de poſthumo:debebunẽ n̄ h ſominus legata q̃ꝛ veriſimile eſt q̃ꝺ ſi cogitaſſet de eo noluiſſet legata deberi ſicut et deſiam nato ar.ſequentis §.⁊ ſubdit hoc verũ q̃ñ nominatim non eſt factũ legatũ alias nõ debereẽ ſaltẽ ab alio a quo nõ eſt relictum ar.l.pe.ff.de iure codi. Ang.tñ al ter hic vr̃ loquiſ: quo ad mentem forte idẽ ſenſerit. Sed de hoc dicendũ vt plene diceẽ in
7 l.filio preterito.ff.tit.i. ¶ † In eadẽ gl.ibi reſpondeo idẽ.ſ.vt facta inſtitutione generaliter de filijs nõ cõprehẽdaẽ ille quem teſtator putauit mortuũ.Sed iſtud nõ videtur eſſe verũ arg.l.iij. ff.de inoff.teſta.⁊.l.ſi.C.eodẽ.⁊.§.ſeq.Nec obſtãt tex.q̃ꝛ loquiẽ in exheredatione que eſt odioſa ⁊ reſtringen.la ff eo.l.cum quidam.⁊ in qua non eſt etiam eadem ratio que eſt in inſtitutione nam in inſtitutione ſi cogitaſſet veriſimiliter inſtituiſſet ſed nõ ſic in exheredatione q̃ꝛ tũc veriſimiliter nõ ſic eũ cõprehendiſſet cum forte non eſſet demeritus. Non obſtant leges allegate in gloſſ.quia in eis inſtitutio reddebatur incerta: hic autem verba erant certa licet generalia ⁊c.

Lucius titius.

Propter fauorẽ teſtamenti ⁊ ignorãtiã teſtatoris natus habetur pro nõ nato.h.d.ſcđm Dy.ſcđm quẽ iſte caſus nõ eſt alibi. Uel ſic.† Prouiſio facta in vnũ caſum porrigiẽ ad aliũ infra
8 quẽ ſimiliter prouidiſſet ſi de eo cogitaſſet.h.d. ¶ No.etiam ex tex.q̃ꝺ illud q̃ꝺ fit in rure ꝓſumiẽ ignorari p exiſtentẽ in ciuitate etiã ſi ſit cõiunctus ſimiliter ecõtra ſcđm Bal.Sed hoc intelligit Ang.q̃ñ feſtinãter ſeu in breui eſt factu alias aũt coniunctus preſumiẽ habere notitiã factorũ cõiuncti arg.l.octaui gradus.
9 ff.vñ cogna.⁊.l.de tutela.C.de reſtitut.mi.in integrũ. ¶ † Item no.q̃ꝺ verba ad futurũ relata interdũ verificãtur in ſenſu preterito.⁊ hoc ideo eſt q̃ꝛ hic actus nõ erat reiterabilis ſi aũt fuiſſet reiterabilis videreẽ diſtinguẽdũ an teſtator ſciuiſſet vel ignoraſſet per.l.ſi iam facta.ff.de condi.⁊ demon.⁊ ſic facit ſcđm Bald.et Ang.q̃ꝺ litere gratioſe ſuper prima vacatura emanate nõ extẽdanẽ ad vacantẽ tẽpore date ſi vacatio ſit reiterabilis vt in.c. dilecto extra de prebẽdis.⁊ hoc tenet hic Bal.Ange.tñ videẽ diſtinguere an ſciuerit papa beneficiũ vel prebendã vacare an nõ ⁊ in dubio preſumatur ignorantia.l.verius.ff.de proba.⁊ idẽ etiã finaliter tenet hic Bal.Tu adde q̃ꝺ gl.videtur indiſtincte tenere q̃ꝺ dicte litere trahantur etiã ad vacantẽ q̃ꝛ id q̃ꝺ vacat tẽpore date verũ eſt dicere q̃ꝺ etiã vacabit.l.verbũ erat.ff.de verbo.ſignifi.⁊ hoc tenet gl.in clemẽ.cũ ei quẽ in gl.ad notitiam vacationis.de conceſ.preben.in cle.Ultimo tangit hic Bart.⁊
10 ſucceſſiue Bal.⁊ Ange.† an maleficiũ factũ de mane vel de ſero debeat dici factũ de die an vero de nocte ſi ſtatutũ duplicet penã de nocte ⁊ vario modo loquitur ⁊ in.l.qui duos.ff.de maiuriſ teſt.⁊ in.l.aut facta.§.tempus.ff.de pe.Concludit q̃ꝺ ſi in loco cõſueuit pulſari cãpana per quam propter hoc cõſ.eurũt pene duplicari tunc hoc clarũ in alijs locis ſeruaẽ q̃ꝺ ipſe dicit in §.tempus.quia ſi factũ ſit de mane ante ortum ſolis dicaẽ factũ de nocte.idem ſi de ſero ante occaſũ ſolis ſecus ſi de mane ꝑoſt ortum ſolis vel de ſero poſt occaſum quia tunc dicitur de die ⁊ ideo cautus ſit articulans vt explicite articulet. Si autem ſimpliciter ſit articulatum et probatum quod eſt factum de mane vel quod eſt factum de ſero in dubio videtur factum de die vt ſic in penis benignius interpretetur arg.regule in penis.in.vi. ⁊.l.ſi preſes.⁊.l.ſi de interpretatione.ff.de pen.⁊ ſic intellige q̃ꝺ dixit hic Bald.⁊ Bart.

Filiusfamilias.

Miles poteſt exheredare ſicut ⁊ paganus.h.d.

Poſthumum.

Naſciturus ex vidua cũ qua teſtator põt ↄtrahere matrimoniũ põt heres inſtitui.h.d. ¶ In tex.ibi natum.l.naſciturum:vt not.in.l.j.proxi.§.ſi quis ⁊c.

Summarium.

1 Exheredatio in conditionis defectum quando poſſit confirmari per aditionem alterius inſtituti.
2 Exheredatio aliqua a principio ſuitatem non impedit licet fit euacuata ex poſtfacto.
3 Conditio poteſtatiua quedam poteſt impleri vltimo vite ſpiritu alia non.
4 Legatum vſuſfructus factum vxori an valeat heredem poſt ipſius vxoris mortem a teſtatore inſtituto.
5 Rei in quo verbum ad inſtitutionem trahi poteſt.
6 Inſtitutus in re certa pōt eā apprehendere autoritate ꝓpria.
7 Inſtitutio poſt mortem facta ad fideicōmiſſum trahitur.
8 Priuilegium ceſſat eius cauſa ceſſante.
9 Poſthumi quatuor modis naſci poſſunt.
10 Factum hominis facto differt ab eo quod fit facto nature.
11 Diſpoſitio limitata limitatum producit effectum.
12 Matrimon ū de iure ciuili cū ancilla nō pōt contrahi.
13 Poſſibile eſt quod poſſibile fieri poteſt.
14 Actus in cōtrarijs ſi nullus ſit nō firmabit̄ tractu tēporis.

Filius a patre. Si exheredatio facta in cōditionis defectū nō poſſit cōfirmari aditione teſtm̄ eſt nullū: filius aūt ſuccedit patri ab inteſtato ſecus ſi poſſit confirmari. h.d. ¶ † No. qđ nō ſufficit filiū inſtitui ſub cōditione caſuali et exheredari in eius defectū niſi exheredatio poſſit cōfirmari per aditionē alteri⁹ inſtituti. ⁊ ſic l mita. l. ſi pater. C. de inſti. ⁊ ſub.
2 ¶ † Itē no. ſcđm Ang. qđ exheredatio a principio aliq̄ licz ex poſtfacto euacuetur ꝓpter aliquē caſum nō impedit ſuitatē qđ apparet ſcđm eū qꝛ ea euacuata fili⁹ incōtinēti heres exiſtit patri ab inteſtato. ⁊ idē dicit ſi euacuet̄ qꝛ ſua⁹ ſit lata ꝯ teſtm̄ qđ eſt no. ſcđm eū cū iā dominiū plene fuerit trāſlatum in inſtitutum. allegat l. pap̄. §. ſi cōditioni. ff. de inoffi. teſt. ⁊ ſic intelligit Ang. qđ in caſu hu⁹ l. exheredatio a principio fuit aliqua. Sꝫ ꝯtrariū tꝫ Bal. ⁊ bene qꝛ exheredatio a ꝑncipio eſt nulla ex quo certū eſt qđ nō pōt cōfirmari ꝑ aditionē. facit l. ſi ita. §. ſi. ff. eo. ⁊ ſic habet̄ ꝓ preterito in defectū ꝯditiōis ab ipſo ꝑncipio. arg. no. in. l. ſi poſthum⁹. in pn̄. §. e. Itē licz ſit ſuſpēſa ſuitas qñ tē exheredatio eſt ſi reſcindat̄ ꝓlata q̄rela tūc ceſſat ſuſpēſio ⁊ aſſumit vires ſicut cōtingit etiā in inſtituto ſub ꝯditione poteſtatiua vt te
3 tigi in. l. ſi fili⁹ heres. ff. e. licz Ang. aliter hic loquat̄. ¶ † In gl. pendēte. in ſi. gl. diceret verū in cōditione ꝑtātiua q̄ pōt eſt impleri vltimo vite ſpiritu nō in illa que nō pōt impleri vltimo vite ſpiritu: qꝛ illa deficit viuo filio in vltimo vite ſpiritu. l. ſi filius heres. vltimo reſſo ff. eo. ⁊ l. ſi. ff. de cōdi. inſti. ⁊ ſic glo. relata ad tex. nō bñ dicit. Si aūt cōditio erat caſualis tūc ꝓpter e ſtat litera: qꝛ pōt pēdere cōditio eo viuo ⁊ eo mortuo. Et aduerte quia vbi cōditio eſt poteſtatiua nunq̄ requirit̄ exheredatio in ei⁹ defectū. l. ſi libert⁹ ſub cōditiōe. §. libert⁹. ff. exiſtimo. ff. de bon. liber. ¶ In gl. heredē. ibi ſed male diceret coheres. Sꝫ certe pōt ſaluari ꝑte⁹ ſi intelligat̄ qđ fuit dat⁹ ſubſtitut⁹ in defectū cōditionis in qua fili⁹ fuit exheredat⁹ ⁊ nihilomin⁹ fuit coheres dat⁹ poſt mortē in dimidia. Lec. autē Azo. quā tetigit gl. vꝫ qꝛ hic fili⁹ tn̄ fuerit inſtitut⁹ ſub cōditione in dimidia ⁊ dat⁹ coheres poſt mortē in alia dimidia pōt ꝑcedere ſi fuit inſtitut⁹ ſub cōditiōe poteſtatiua ſec⁹ ſi erat caſualis ex quo nō erat in defectū exheredatus. Lectu. aūt gl. poſſet. ff. tetigit hic Bal. dicēs ſpeciale fauore teſtamēti cōſeruādi qđ dies incerta reiciat̄ ex quo alias teſtm̄ non pōt habere effectū ſecus vbi poſſet habere effectū. nā tūc nō dꝫ reijci ſed expectari vt ꝯditio l. ſi cū heres. ff. de leg. ſcđ. ad l. ſi ita. §. ſi. reſpōdet qđ ibi teſtator magis peccauit: qꝛ ibi tantūmodo exheredauit hic aūt inſtituit ſub ꝯditione licz exheredauerit in ei⁹ defectū. Sꝫ certe hec ſol. vr̄ diuerſificare caſus ⁊ ideo nō vr̄ bona ꝓſertim: qꝛ ſi eſt fauor teſtamēti cōſeruādi q hoc operat̄ in caſu iſto debuiſſ̄ ⁊ etiā idē operari in d. l. ſi ita. ꝓterea ꝯditio poſt mortē ſui natura nocet qđ ſolū poſſit adiri hereditas ſecuta morte ⁊ nullo mō in vita. l. inter illā. ff. de ꝟ. ſignifi. ⁊ ſic attēto ꝓprio ſignificato verborū exheredatio videt̄ nulla cū poſſit cōfirmari in vita filij abſurdū videt̄ qđ contra ſignificatū verborū faueamus exheredationi q̄ eſt odioſa l. cum quidā. ff. eo. vñ iſte intellect⁹ nō placet etiā Ang. lꝫ nō allegat formaliter rones predictas ⁊ ꝓpter hoc dat al ū vꝫ qđ in hoc ꝟ. heredē mutet̄ caſus ⁊ nō ꝓſequit̄ eundē caſum ⁊ intelligit qđ filius fuit inſtitutus heres pure ex parte ⁊ coheres ſibi datus poſt mortē qui intellectus eſt ſatis in ſe verus ſed habet modicum dubiū ideo tenet alterum de his de quibus ſimpliciter dixi: vꝫ ꝑſ. vel Azo. Intellectus tñ gl. inducit̄ ꝑ Bal. ꝯditionez
4 illā quotidianā. ¶ Si teſtator reliq̄t vſūfructū omniū bonorū vxori ⁊ poſt mortē vxoris inſtituit aliquē heredē an valeb. legatū vſuſfructus. nā videt̄ qđ nō cū dies vſuſfructus legati cedat ſub adita hereditate. l. j. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tol. Sed hereditas non videtur poſſe adiri in vita vxoris ⁊ vſuſfructus etiā videt̄ extingui cū morte vxoris. l. titia cū morit̄. ff. de vſuf. ergo videt̄ qđ nō valeat tale relictū: vt. d. l. titio. Sed ꝯtrariū tenet Bal. dicēs qđ fauore teſtamēti ꝯſeruādi reiicit̄ dies mortis q̄ ad valorē legati lꝫ nō quo ad emolumētū qđ nō habebit heres niſi poſt mortē vxoris ꝑ hūc tex. ſcđm intellectū gl. Sed vt dixi intellectus gl. nō videt̄ bonus nec vr̄ etiā eadē rō eſſe in caſu gl. ⁊ in caſu dicte q̄ſtionis qꝛ in caſu gl. teſtamentū redderet̄ nullū ex toto niſi poſſet adiri hereditas in vita ſed in caſu dicte queſtionis teſtamentū eſſet validū: ſed ſolū redderetur inutile legatū vſuſfructus. qđ non eſt abſurdum: vt pꝫ in. d. l. titio et facit qđ habet̄ in. l. j. C. de his que pe. noie. Unde Ang. dicit hic aliter vꝫ ſi vxor inſtituit̄ in vſufructu ad vitā ⁊ poſt mortē eius inſtituit̄ alius heres vniuerſalis qđ vxor ſit inſtituta in re certa ⁊ pure trahit ad ſe interim vniuerſum patrimoniū ſicut ſi nullū coheredē haberet vel haberet ſed repudiantē ex quo in vita coheredē non reperitur habere. facit qđ no. in. l. ex facto. la gran de. ff. de here. inſti. ⁊ ad dictā. l. titio cum monetur. ff. de vſufruc. per quā videt̄ qđ diſpoſitio ꝑdicta reddatur inutilis cū vſuſfructus videatur quodā modo relictus poſt mortē. Reſpondet qđ illa procedit qñ directo diſpoſitio vſuſfructus cōfert̄ poſt mortem: ſed hic fuit collata in vita ⁊ pure licet adiecta fuerit conditio ſeu qualitas cuius obſeruātia eſt impoſſibilis vt diſpoſitio teneat ideo illa qualitas remoueat̄ de medio ⁊ habebit plenā ꝓprietatē ⁊ poſt mortē ſuā deuoluet̄ inſtitutio in cām fideicōmiſſi. pro hoc dicto lꝫ nō allegetur facit qđ no. Bald. in. l. ſi militeris heredē in prin. ff. de teſt. mil. Sed aduerte qꝛ hec opi. videtur omnino cōtra mētē teſtātis. qui voluit vxorē ſolū habere vſumfructū ⁊ nō ꝓprietatē nec voluit etiā qđ ꝑ poſſet retinere quartā aliquā cuius cōtrariū cōtingeret ſcđm opi. Ange. ideo in dubio ſi aliter mēs teſtātis ſaluari pōt ꝓut vr̄ poſſe in caſu ſuo vt dicetur. nō eſt tenēda hec opi. cū deſeruiēdū ſit mēti teſtātis: vt in l. in cōditionibus primū locū. ff. de cōdi. ⁊ demon. ⁊ in. l. vnica. C. de fideicō. cū ſimilibus. Ideo pōt dici qđ in hac materia cōſiderādi ſunt aliqui caſus nā aūt teſtator reliq̄t vſumfructum bonorū ſuorū vxori ⁊ poſt mortē inſtituit aliū aut inſtituit vxorē in vſufructu bonorū ⁊ poſt mortē inſtituit heredē aliū aut inſtituit vxorē in vita ⁊ aliū inſtituit heredē in vita eius primo caſu vr̄ qđ tale relictū vſuſfru. ſit nullū cū non poſſit adiri hereditas in vita vxoris ⁊ dies vſuſfruct⁹ nō cedat niſi ab adita hereditate. ⁊ ſic quodāmodo vr̄ relictus poſt mortē arg. l. ſi ita. §. ſi. ff. eod. ideo non valet: vt. d. l. titio cū morit̄ nec pōt dici qđ hoc caſu
5. verbū † relinq̄ cū ſit adiectū certe rei qꝛ vſuſfructui lꝫ vniuerſorum bonorū trahat̄ ad inſtitutionē ꝑ id qđ habet̄ in. l. his verbis. ff. de heredi. inſti. ⁊ l. cogi. §. generaliter. ff. ad trebel. nec obſtat iſte textus ſcđm intellectū gloſſ. ⁊ Bal. qꝛ ille intellectus nō vr̄ bonus: vt. ſ. dixi. Itē ꝓſuppoſito qđ eſſe verus nō ꝑ hoc poſſet inferri ad caſum ꝓpoſitū in quo nō eſt eadē rō: nā in caſu huius legis niſi poſſet adire in vita inſtitutus poſt mortē teſtm̄ ex toto redderet̄ nullū ſed in caſu q̄ōnis ꝓmiſſe teſtm̄ nō redderetur nullū: ſed ſolū dictū relictū ergo nō fienda extēſio ꝯ ſignificatū verborū ad caſum diſſimilē in quo nō eſt eadē rō nec etiam eſt abſurdum qđ in teſtamēto reperiatur aliqđ legatum inutile. ſic. l. j. ⁊ qđ ibi no. C. de his q̄ pe. noie. imputet ergo ſibi teſtator qui nō diſpoſuit taliter qđ ſcđꝫ formā iuris poſſet ſortiri habere effectū facit q̄ habet̄ in. l. ſi titius. ff. de cōdi. inſti. ⁊ in hāc partē videt̄ inclinare Joan. an. in addi. ſpe. in ti. de pig. §. ſig. ſi. porro. ſi vſuſfructuari⁹. q recte videt̄ loq hoc caſu qñ factū eſt relictū ⁊ nō qñ facta eſt inſtitutio ſi bene ponderent̄ ip̄i⁹ verba. ¶ Scđo caſu qñ fuit inſtituta in vſufructu puto ſatis dici poſſe qꝫ ſi tenemus opi. Bar. de qua in. l. ex facto. ff. de heredi. inſti.
6 circa inſtitutū in re certa † vbi cōcludit q̄ inſtitut⁹ in re certa ꝓpria autoritate apprehendere pōt rē in qua eſt inſtitutus quaſi videat̄ ſibi data licentia ex quo ꝑ verbū inſtituo qđ erat verbum mere directū eſt mutatus. facit qđ habet̄ in. l. titia cū teſtamento. §. j. ff. de leg. ij. Itē q̄ per agnitionē factā per ipſum inſtitutū in re certa teſtamentū ꝯfirmet̄ qꝛ ſi nō ſequit̄ aditio alterius remanebit heres inſolidū arg. l. j. §. ſi ex fundo. ff. de heredi. inſti. ⁊ ſic in omnē euentum teſtamētū habebit effectū tunc clariꝫ eſt qđ poſſumus deſeruire verbis ⁊ menti teſtātis qꝛ poterit dicta vxor apprehēdere vſumfructū ꝓpria autoritate ⁊ ſi cōtingat q̄ poſt mortē ei⁹ nō adeat̄ hereditas apparebit ip̄am fuiſſe reliq̄tro heredē vniuerſalē ſi vo adeat̄ hereditas apparebit eā retro fuiſſe heredē ex re certa ⁊ cū aditione ſecuta fingat̄ retro heres fuiſſe ex tpe mortis teſtantis ille qui adiuit l. heres quoꝫ. ff. de acq. here. attn̄ nō predicta fictione apparebit vſumfru. perceptus poſt aditā hereditatē ſaltum iuris fictione ⁊ ideo ſuſſeualidum nec ob. d. l. vnica. §. in nouiſſimo. que videt̄ velle qđ nō poſſit peti vſuſfru. niſi ab adita hereditate: qꝛ illud verū qñ tantūmodo vſuſfructus legat̄ vel relinquitur: qꝛ tūc ſi hereditas nō adiretur reddit̄ relictū inutile. l. cū quā. C. de fideicō. ſecus qñ q̄s eſt inſtitut̄ in vſufr. quo caſu nō pōt reddi relictū inutile ſi agnoſcat̄ tunc vſuſfruc. ꝑ id qđ. ſ. dixi. ⁊ ꝑ id q̄ no. Bar. in. d. l. ex facto. ⁊

in videtur

ſic videt̃ q̃ h̃ caſu nõ ꝓcedat opi. Bal. nec opi. Ang. ¶ Ter
tio caſu ꝓpꝛie videtur habere locũ id q̃ no. Bal. in. d. l. miles
vbi vr tenere q̃ ipſa vxoꝛ erat heres in ſolidũ. ſ; p fideico. tene
bit̃ reſtituere hereditatẽ inſtituto poſt mortẽ ipſius vxoꝛis. Sʒ
tu potes dicere q̃ aut cõſtat de mẽte teſtantis q̃ voluit vxoꝛẽ
habere adminiſtrationẽ in vita totius hereditatis ꝛ dare eidẽ
coheredem in parte poſt mortẽ eius. ꝛ tũc clarũ q̃ ſtabitur mẽ
ti teſtatoꝛis. ſicut ꝛ ſi teſtatoꝛ inſtituiſſet ſimpliciter vxoꝛẽ ꝛ aliuʒ
ſub conditione inſtituiſſet. ꝛ ſic coheredẽ cõditionale dediſſet.
facit q̃ le. ꝛ no. i. l. q. ſ. ſi pars here. pe. ꝛ p Bar. in. l. plane. el pri
mo. §. ii cõiunctim. ſ. de leg. i. Nõ enim repugnat quod ipſa ha
beat adminiſtrationẽ ſolide hereditatis in vita. ꝛ tñ an ſit he
res in ſolidũ vel pro parte declaretur poſtea ex futuro euentu.
vt pʒ ex no. in. d. l. ii. ꝛ p Bar. in. d. l. plane. aut cõſtat q̃ teſta
toꝛ voluit ipſam heredẽ eſſe in ſolidũ in vita. ꝛ ſic nõ tantũmo
do ſolidã adminiſtrationem habere ꝛ poſt mortẽ voluit alium
inſolidũ heredẽ eſſe. ꝛ tũc cũ hereditas nõ poſſit dari ad diem. l.
hereditas ex die. ſ. de heredi. in ſti. vel c.tur dies de medio vt hic
ꝛ ſic heres erit in ſolidum ipſa vxoꝛ ꝛ videbit̃ rogata p fideicõ.
de reſtituendo inſtituto poſt mortẽ vxoꝛis. Ratio q2 inſtitutio
tunc facta de alio poſt mortẽ nullo tp̃e potuit valere iure dire
cto: cũ ſit facta in caſum in quo alius reperitur iã heres ergo ꝛ
poſt aditã hereditatẽ non poſſit alius directo vocari p no. in l.
tem. iuxta id q̃ leg. ꝛ no. in. l. in teſtamẽto. C. de teſt. mil. ꝛ in. l.
ꝑcibus. C. de impu. ꝛ in. l. centurio. ſ. de vulg. ꝛ pup. nĩſi forte ca
deret in pupillarem ſubſtitutionem q̃ hoc caſu non cõtingit.
7 ideo inſtitutio facta poſt mortẽ ex quo nullo tp̃e pot valere iu
re directo trahitur ad fideicõmiſſum. iuxta id q̃ habetur in. l.
ſceuola. ſ. ad treb. ꝛ in. l. verbis ciuilibus. ſ. de vulg. ꝛ pu. ſecus
eſſet in milite, vt in. d. l. miles ita in prin. ꝛ ſic poſſet intelligi opi.
Bal. in. d. l. miles. q̃ſqʒ ſumus in dubio: q2 ſimpliciter vxoꝛ eſt
inſtituta in vita cũ alius ſit inſtitutus poſt mortẽ ꝛ l; iſte caſus
ſit magis dubius tñ vr dicendũ q̃ teſtatoꝛ videat̃ voluiſſe ip
ſam eſſe heredẽ inſolidũ in vita. nã p hoc q̃ dixit in vita vr vo
luiſſe q̃ nullatenus diceret poſt mortẽ ex quo illa vba ſunt in
definite plata. ꝛ ſic vniuſormiter vident̃ reſpicere totã heredita
tẽ ar. l. ia h̃ im e. ſ. de vul. ꝛ pu. cũ ſimi. ꝛ ſic vr q̃ dicta dies vite
remouẽat̃ ꝛ remanet inſolidu heres: ſʒ videat̃ grauata de reſtituẽ
do inſtituto poſt mortẽ cũ inſtitutio de tali inſtituto poſt moꝛ
tẽ nõ poſſit valere tũc iure directo. ꝛ ſic trahi debeat ad fideicõ
miſſum vt p2 ex gl. ꝛ ſic etiã poſſit intelligi opi. Bald. poita in
d. l. miles. Et nota bñ ꝑdicta q2 quotidiana ſunt ꝛ ſepe de fa
cto cõtingũt. ꝛ de materia etiã p Bal. i. l. extraneũ. C. de here. in
ſti. ꝛ vide Bal. in. l. d q̃ pauꝑib⁹ in. x. ii. q. de epiſ. ꝛ cle. vbi vr
tenere idẽ q̃ hic tenet: ꝛ p Fede. in opere ſuo cõ. lxiii. alias eſt in
lvi. tñ ibi no attingit h̃ dubiũ l; termini q̃dam tangant dubiũ.
An aute q̃n filius inſtituitur ſub condit one caſual. hodie de
beat remoueri conditio per. l. quoniam in prioribus. an vero te
ſtamentum ſit nulli tetigit h. c. Ang. de quo dicetur in. l. ſuus
quoqʒ. ſ. de here. inſt. tuen.

Filiusfamilias. Qui morte aui reincidit i ptã
te patris ſi ante reperit̃ inſti
tutus vel exheredatus teſtñ valet alias rumpit̃. h. d. Et pmo
ponit̃ thema ꝛ q̃ ſ. do arguit a partiũ enumeratione q̃ teſta
mẽtũ nõ rũpatur. tertio arguit ꝛ determinat p al a parte quar
to formãt noua queſtio ꝛ decidit̃ ſcoa io. non quidẽ. tertia ibi
8 ſed tñ quarta ib. ſed ſi heres. ¶ †Not. q̃ ceſſante cã priuilegiũ
ceſſat priuilegiũ. ꝛ ideo l; pretextio milit.s habeat p exhereda
tione vt. l. ncut certi. C. de mil. teſta. h̃ cẽ verũ q̃n militat ſecus
ſi deſiuit militare etiã dato q̃ fecerit teſtamentum tp̃e militie.
9 ¶ †Itẽ no. quatuoꝛ modos naſcẽdi poſthumos vel q̃n q̃ ha
bent̃ in ſra. Quintus etiã addi põt ſm Bal. q̃n legitimat fili⁹
facit q̃ no. ſ. l. proxi. §. ꝛ quid ſi tantũ. Adde et am ſextum ſm
communem opi. de qua habetur in aut. ſi qua mulier. C. de ſac.
ſan. ec. q2 q̃ñ quis ingreditur monaſterium videtur tñ q̃n teſta
mentum non rumpatur ſi monaſteriũ inueniatur in aliquo in
ſtitutum etiam dato quod fecerit teſtamentum etiam tempore
quo non putauerit ſe ingreſſurum monaſterium. per id q̃ ha
10 betur hic in vlti. mo reſponſo. ꝛ l. filio. §. ſi. ſ. eo. ¶ †Nota vlti
mo aliud eſſe aliquid fieri facto hominis: ꝛ aliud eſſe aliqd fieri
facto nature. ꝛ ideo dixit gl. in ſti. de capi. dimi. circa principiũ.
quod no dicitur capitisdiminui qui eſſicitur ſui iuris facto na
ture ſecundum Bal.

11 **Si quis ex.** † Diſpoſitio limitata l mitatũ parit
effectũ ad h̃ allegat̃. ꝛ fac. t. l. in agris
ſ. de acq. re. do. Uel ſic Prouiſio velata ad certã pſonã nõ egre
dit̃ illã. h. d. q̃ intellige vt dictũ fuit in. l. titius. §. ſi. ꝛ. l. cõmo
diſſime. ſ. eo. ¶ No. vltra ſummariũ q̃ in periculũ incidit q ſe
nimis aſtringit. ꝛ ad hoc allegari poteſt ſm Bal. ꝛ Ang.

Si quis eo. Quis pt inſtituere poſthumũ naſcitu
rum ex ea q̃ tũc vxoꝛ nõ eſt ſ; honeſta ẽ
ſpes q̃ eſſe poſſit ꝛ inſtitutus in parte nullo alio iſtituto inſoli

12 dũ heres erit. h. d. ¶ †No. q̃ cũ ancilla nõ põt eſſe matrimoniũ
q̃ eſt verũ de iure ciuili. C. de inceſt. nup. l. cũ ancill s ſecus de
iure ca. inter ſcientes: vt in. c. i. ꝛ. ii. extra de cõiug. ſeruoꝛũ. ¶ Itẽ
no. q̃ nõ põt eſſe matrimoniũ cũ illa cuius tutelã quis geſſit vel
pater eius niſi illa effecta maioꝛ xxv. annis. ꝛ tranſacto vtili an
no ad reſtitutionem petendam dato ꝛ reddita ratione admini
ſtrationis an tamen hoc impedimentũ ſit ſufficiẽs de iure cano
nico eſt recurrendũ ad ea que habentur in ſummula Io. an. ſu
per quarto libro decretalium. ꝛ ad id q̃ habetur in c. v. no ex
tra de cogna. lega. ¶ Item no. q̃ nõ inſpicitur patris ſtatus ſʒ
conſideratur etiam q̃ contingere poteſt honeſte. ꝛ hoc fauoꝛe te
ſtamenti cõſeruandi regulariter contra: vt in. l. quod ſumus. ſ.
13 de cõdi. ob cauſam. ¶ †Itẽ no. q̃ dicit̃ poſſibile id q̃ fieri põt
poſſibile licet nũc non ſit. ꝛ ſic ſufficit aliquid eſſe poſſibile poten
tialiter l; non ſit poſſibile preſentialiter q̃ eſt no. ſecũdũ Bald.
¶ Ultimo no. ex tex. coniuncta gl. in verbo ſtatu. ar. q̃ ſi papa
cõcedit alicui poteſtatẽ diſpenſandi ſuper inhabilibus ad bene
ficia obtinẽda in qualicũqʒ ſtatu. q̃ nõ videtur cõceſſa poteſtas
diſpenſandi cũ inhabilib⁹ propter moꝛes a natura ſeu defectũ
naturalem. ſed ſolum cum aliis quibus rigoꝛ iuris reſiſtit. facit
q̃ habet̃ in. c. i. lcias. extra de reſti. ſpo. ſm Ang. Bal. vero ali
ter loquit̃. nam dicit q̃ iſte ſermo in qualicũqʒ ſtatu nõ refertur
ad prohibita de iure diuino vel naturali. ꝛ ideo ſi q̃s habet po
teſtatem a papa diſpenſandi cũ q̃buſcũqʒ in qualicũqʒ ſtatu. nõ
tñ poterit diſpẽſare in prohibitis iure diuino vel natura li. ſ; tñ
14 tñ in prohibitis iure poſitiuo. q̃ dicit eſſe bene notãdũ. ¶ †In
glo. ſuper verbo heredẽ. in ſi. Solue q2 in cõtrariis actus ab ini
tio eſt nullus. ideo tractu tp̃oris nõ firmat̃. vt in regula nõ fir
matur. de reg. iur. in. vi. ſed hic a principio teſtamentum fuit ali
quod ꝓpter ſpem poſſibilẽ ꝛ honeſtã quã expectare nõ erat tur
pe. ꝛ ideo nõ inualidat̃ actus licet ſtatus preſens aliqualiter re
pugnaret. Nec ob. §. ſacrã. vbi videt̃ debere inſpici ſtatus pre
ſens ꝛ nõ id q̃ pot euenire. q2 ibi erat turpe ꝛ inhoneſtum expe
ctare illud q̃ poterat euenire. ideo ibi diſpoſitio redditur nulla
propter ſtatũ preſentẽ ibi repugnantẽ. ¶ In glo. fi. ibi arg. con
tra. So. q̃ licet ibi non eſſet coheres ſeu collegatarius tñ eſſe ſpe
rabatur hic nec erat nec eſſe ſperabatur. ideo hic non facit par
tem de quo in. d. l. ſi duobus per gloſſ.

Summarium.

1 Poſthumus in iure variis ſumitur modis.
2 Poſthumus alienus quis dicatur.
3 Poſſe verbum non ſemper liberam importat poteſtatem.
4 Partus legitimus decimo menſe a morte patris poteſt naſci.
5 Dictio tunc extremitatem temporis importat.
6 Iuuenes acuti ſunt ingenio: ſenes vero ſapientes.
7 Poſthumus alienus quare inſtitui prohibeatur.
8 Conſiliũ Galli de poſthumo inſtituendo an ſit neceſſarium.
9 Mulier an poſſit decem menſibus fetum in vtero portare.
10 Nepos ſecundo die poſt decimum menſem natus comprehen
ditur in conſilio Galli.
11 Seuerare poteſt quis in die ſue mortis.
12 Nepos poſt mortem filii naſciturus venit in inſtitutione facta
de filio ꝛ nepote.
13 Superfluitas verboꝛum redarguitur.
14 Antiqua a recentioribus corriguntur.
15 Inſtituo verbum ponitur pro ſubſtituo.
16 Subſtitutio vulgaris fit per hec verba titium inſtituo ꝛ ſeium
ſubſtituo.
17 Teſtatoꝛe filium ꝛ nepotes emancipatos inſtituente ipſi pari
ter vocandi ſunt.
18 Diſpoſitio que fit inter perſonas in quib⁹ cadit oꝛdo an cẽſea
tur fieri oꝛdine ſucceſſiuo.
19 Dictio cum vel ſimul connexitatem importat: dictio vero ꝛ cõ
tinuationem ex oꝛdine.
20 Inuitari ſimul ad ſucceſſionem quando aliqui dicantur.
21 Inuitari ſimul quando qui dicantur ꝛ q̃n oꝛdine ſucceſſiuo.
22 Frater fratrem non neceſſario inſtituere tenetur.
23 Diſiuncta in coniunctam reſoluitur ſi inter perſonas ratione
affectionis coniunctas ponatur.
24 Diſpoſitio in contractibus quando plures perſonas ſimul et
quando ſucceſſiuo oꝛdine concernere dicatur.
25 Uſuſfructus in perſona filii alius eſt q̃ in perſona patris.
26 Emphyteuſis priuati poteſt in extraneos tranſmitti.
27 Reprehenſio ciuiliter facienda eſt.
28 Dictio ꝛc. quid importat. ꝛ nu. 31.
29 Subſtitutio non facienda preterito.
30 Pronepos non venit nepotis appellatione.
32 Moꝛtis nomine nõ ſolũ naturalis ſed etiam ciuilis continetur.
33 Prouiſio in vnum caſum trahitur ad alium ſimilem.
34 Lex in vno caſu corrigens ad alium trahi poteſt.
35 Pena interdictiõis aque ꝛ ignis remanet hodie in excõicatis.

36 Statutum in caſu vero non trahitur ad fictum.
37 Mandans maleficium an eadem pena puniatur qua mandatarius.
38 Extenſio qñ ad caſum diſſimilem fieri poſſit ꝛ quãdo nõ.
39 Filius emancipatus preteritus teſtamentum non poteſt dicere nullum
40 Filia emancipata preterita an poſſit teſtamẽtũ dicere nullũ.
41 Reſtitutio ad bona alteri queſita non trahitur.
42 Diſpoſitio facta in caſu vero trahitur ad fictum.
43 Nepos ex ſpurio an poſſit inſtitui.
44 Nepos inſtitutus ſimpliciter quo caſu cẽſeatur inſtitutus.
45 Pronepos non venit nepotis nomine nec proauia auie appellatione. ꝛ nu. 46.
47 Spurius ſub conditione ſi legitimabitur inſtitui poteſt.
48 Nepos quando filii appellatione cõprehendatur.
49 Ius Galli ius antiquum ꝛ ius Vellei ius nouũ appellatur.
50 Dubietas quelibet non facit vt libellus reiiciatur.
51 Fictio ſuper impoſſibili locum non habet.
52 Veritas prefertur fictioni.
53 Legitimatus an poſſit excludere ſubſtitutum.
54 Preteritio nepotis an irritet ſubſtitutionẽ pronepotis.
55 Preteritio exiſtentis in poteſtate teſtamentum vitiat.
56 Poteſtas naturalis ꝛ ciuilis equiparantur.
57 Legitimatio per procuratorem poteſt fieri ꝛ cõpaternitas contrahi.
58 Filius debet reſtitui quando teſtamentum conditur ſecundũ conſilium Galli.
59 Teſtamẽtum ex preteritione filii in poteſtate vitiatur etiam venientibus ab inteſtato inſtitutis.
60 Diſpoſitio facta in vno caſu ad alium non trahitur caſu in perſona ſubſtituti contingente.
61 Argumentum a verbis legis eſt licitum.
62 Nepos natus tempore teſtamenti non rumpit teſtamentum.
63 Interpretatio pro declaratione ſumitur quandoq;.
64 Subſtitutio non confirmatur vbi ob preteritionem teſtamentum rumpitur.
65 Heres extraneus non venit heredis ſui appellatione.
66 Vocatus ſecundo ad ſucceſſionem non plus habet quam qui primo.
67 Copulatiua inter duo adiectiua non neceſſario requirit cõcurſum vtriuſq; copulati.
68 Interpretari quandoq; capitur pro declarare.
69 Diſpoſitio que fit in caſu interpretato eundem quẽ caſus originalis effectum habet.
70 Dictum generaliter debet intelligi ſimpliciter.
71 Audacia cõmendabilis eſt in bona parte ſumpta.
72 Interpretatio declaratiua ex verbis ſꝫ extẽſiua ex mẽte procedit.
73 Nepos iam natus iure antiquiſſimo poteſt inſtitui.
74 Dictio in, pro valde ſeu augmentatiue ſumitur.
75 Mox dictio breue ſignificat interuallum.
76 Permittere differt ab eo qđ eſt non vetare.
77 Inſtitutus non iuridice eſt pro preterito habendus.
78 Bannitus nec ſuccedere nec inſtitui poteſt.
79 Actor quo iure agat dicere cogi poteſt.
80 Argumentum eſt licitum ex coniunctione legum.
81 Digreſſio de herede ſuo in nõ ſuũ an vitiet inſtitutionem.
82 In dictio multis capitur modis.
83 Poſthumus alienus ſecundum que iura inſtitui poſſit.
84 Queſtio mixta ſeu partim realis ꝛ partim perſonalis corã quo debeat iudice terminari ſtatuto ſtante ꝛc.
85 Inſtitutio quotuplex exheredatio totuplex.

Gallus. Diuidit Bal. hic ſolẽniſſãdo hãc l. Primo diuidit eã i gñe generaliſſimo. Secũdo in gñe ſubalterno. Tertio in ſpecie. Sꝫ tu poteris diuidere ſcđm Dy. quem doc. cõiter ſequunt̃ in tres partes principales. quia in prima parte ponit cõſiliũ galli cũ reprehẽſionib' ꝛ ſuppletionib' ſceuole quas circa ipſum cõſiliũ galli fecit. In ſcđa parte ponit̃ prouiſio. l. vellei in duob' capitibus in qb' gallus non prouiderat. In tertia parte ponit̃ prouiſio Iulia. in quodã caſu difficili. ſcđa ibi nũc de lege. tertia ibi ſꝫ ille caſus. Prima pars ſubdiuidit̃ in .v. nã primo ponit cõſiliũ galli. ſcđo ponunt̃ reprehẽſiones ꝛ ſuppletiões ſceuole. tertio ponit̃ breuis ordinatio teſtamẽti. quarto deciduntur aliqꝫ dubitabiles queſtiones. qnto traduntur quedã regule generales. ſecunda ibi quidã recte. tertia in .§. inſtituẽs. alias vt inſtituẽs. quarta in §. ſi ei'. quinta in .§. in oibus. Prima pars vſq; ad ver. quidã recte. hoc intẽdit in ſumma. Cõſiliũ galli eſt vt nepotes naſcituri ex filio viuẽte tpe teſtamẽti qui alias nõ poſſunt heredes inſtitui tanquã poſthumi alieni nõ obtinẽtes primũ gradũ inſtituant̃ in caſu in quo futuri eſſent ſui ne preteriti rũpant teſtm̃. h. d. Vel breui' cõſiliũ galli eſt vt nepotes naſcituri poſt mortẽ aui inſtituant̃ in caſu i quo fili' viuo teſtãte moriat̃ ne preteriti rũpãt teſtamẽtũ. h. d.

1 ¶ † Et pro euidẽtia premitte qđ poſthumus variis modis ſumit̃ in iure. vt colligit̃ ex his q̃ habẽtur. ff. l. pe. §. 1. ꝛ ff. tit. 1. l. poſthumũ. ꝛ no. C. eo ſup rubri. proprie tñ ꝛ ſtricte poſthumus dr̃ q poſt mortẽ parẽtis naſcitur q̃ſi poſthumũ. i. ſepulturã vel humationẽ parẽtis natus. Scđo premitte qđ olim ante hãc legẽ poſthumus alienus qui nõ erat obtẽturus primuꝫ locũ teſtatori ſi tunc naſceretur nõ poterat heres inſtitui de iure ciuili. vt in. §. poſthumo. inſti. de le. ꝛ in. §. 1. inſti. de bo. poſ. et ff. hac. l. §. ille caſus. Et ex hoc inſurgebat qđ ſi filius qui erat inſtitutus moriebat̃ anteq̃ teſtator ſi poſtea naſcebat̃ nepotes ex illo q erat in vẽtre tpe teſti tũc naſcẽdo reperiret ſe in primo loco ꝛ in primo gradu ſui heredis. ꝛ reperiret̃ preteritus. cũ nec teſtator potuiſſet illũ inſtituere velut poſthum' alien' tpe teſtamenti rũpebat teſtamẽtũ. Ideo ne rũperetur teſtm̃ gallus prouidet

2 eo modo quo dicit̃ hic in prin. † Et ſic ex predictis pꝫ qđ re teſtanti ſi naſcat̃ imo etiã dicet̃ alienus dato quod nõ habeat ut poſthumus alien' nedũ dicit̃ ille qui in nullo habebit attinere ſi nõ erat obtẽturus primũ gradũ teſtãti. ſi naſceretur tpe teſtamenti. ꝛ hoc iure ciuili. Sed de iure pretorio fuit poſtea introductũ qđ poſthumus alien' poſſit de iure inſtitui. vt. d. §. 1. inſtitu. de bo. poſ. Itẽ poſtea de iure ciuili per quãdam conſtitutionẽ ſiliſ fuit inductũ vt poſſit inſtitui. vt probatur in. d. §. poſthumo ꝛ ſic hodie cõſilium galli redditur ſuperfluũ ꝛ ſimiliter diſputatio huius. l. licet fuiſſet vtilis ſcđm ſua tpa. Multa tñ notabilia ꝛ vtilia etiã hodie que tractãtur in materia huius. l. habe-

3 bũt effectũ. vt patebit ex infra dicẽdis. ¶ † No. qđ verbũ poſſe interdum non notat liberam poteſtatẽ de quo etiam hic in gl. ꝛ etiam per doc. ¶ Item not. qđ verbum inſtituo quandoq; ponitur pro ſubſtituo: nec mirũ: qꝛ omnis ſubſtitutio dicitur conditionalis inſtitutio. l. in ratione. §. ſi filio. ꝛ §. quod vulgo. ff. ad legẽ fal. ¶ Itẽ no. qđ nepos naſciturus ex filio appellat̃ poſt-

4 humus de quo hic glo. ¶ † Itẽ no. qđ põt naſci partus legitimus infra .x. mẽſes a tẽpore mortis patris ſeu viri mulieris de quo etiã hic in gl. ¶ Vltimo no. qđ poſthumus alienus inſpecto principio a tẽpore teſtamẽti põt inſtitui heres cũ ſuus erit. ꝛ ſic in caſu in quo nõ eſt futurus alienus. facit. l. in tẽpus. ff. de

5 heredi. inſti. ¶ † No. etiã de dictione tũc. que notat extremitatẽ tẽporis. de qua hic p Ang. ꝛ p gl. in. l. 1. C. de cõdi. ꝛ p glo. in cle. cum ei quẽ. de cõceſ. prebe. ꝛ p Io. an. in c. pretereã te quiſiſti. extra de appel. in nouella. ¶ In glo. ſup verbo poſſe ibi pro cõſtanti habuit gallus. ꝛ hoc clare probatur in. l. ſi mater. §. 1. ff. de vulg. ꝛ pup. Bar. tñ hic dicit qđ lꝫ hec eſſet mens galli tñ etiaꝫ in terminis tex. no facta inſtitutione filii valebit ne teſtamentũ quicqđ dicat hic gl. qꝛ tacite videtur filius inuitatus ſi ſuperuiuat poſt mortẽ teſtantis. l. ſi quis ita heres inſtituat̃. in pe. charta. ff. de here. inſti. ꝛ l. conficiunt̃. §. 1. ff. de iure codi. ideo valet teſtamentũ p dicta iura ꝛ p hãc. l. nõ diuinãdo. pro hoc etiã lꝫ non alleget videtur eſſe caſus in. l. cũ in teſtõ. ff. de heredi. inſti. ꝛ in. l. coheredi. §. fi. ff. de vulg. ꝛ pu. pro hac etiã facit qꝛ filio nõ videtur tunc inferri iniuria propter tal: preteritionẽ. ideo debet tenere teſtamentũ. ar. corũ q̃ habentur in. l. multi nõ note. ff. eo. ꝛ in. l. ſi ſuius matrẽ. C. de inoffi. teſta. ꝛ in aut. vt cũ de appel. cog. §. hoc autẽ. in pe. col. ibi preteritionis ꝛ exheredationis iniuriã abolere. ꝛ ſic loquit̃ qñ p preteritionem ꝛ exheredationem infertur filio iniuria q̃ hoc caſu nõ videtur inferri. ex quo eſt tacite inuitatus vt dixi. ſed certe hec opi. nõ videtur vera. Primo qꝛ contra eã videtur caſus expreſſe in. §. adẽ credendu ver. nã ꝛ ſi filius iuncto ver. ita ſane. nõ violãdo literã illã vbi patet aperte qđ ſi teſtator hꝫ filiũ ꝛ nepotẽ ꝛ vxorẽ nepotis pregnantẽ ſi filiũ inſtituit ꝛ nepotẽ preterit. ꝛ ita cõcipiat verba in perſonam pronepotis naſcituri vtꝫ ſi filius ꝛ nepos moriantur viuo ipſo teſtante tũc pronepos qui naſcetur poſt mortẽ ipſius teſtantis ſit heres rũpitur teſtamẽtũ propter preteritionẽ nepotis ſi contingat primo filiũ mori viuo teſtante ꝛ ſucceſſiue ipſum nepotẽ viuo ipſo teſtante. cuius tñ cõtrariũ eſſet dicendũ ſcđm opi. Bar. cum nepos tũc tacite videatur inuitatus ſi ſuperuiuat ipſi teſtãti. Secundo pro hoc etiã videtur caſus nõ violãdo in. l. ſi quis. §. fi. ff. de vulg. ꝛ pu. Tertio pro hoc etiã optime facit tex. ff. ea. l. §. in oibus. Quarto pro hoc facit quia illa verba conditionaliter prolata ſi filius viuo me morietur nõ videtur inducere diſpoſitionẽ de filio. arg. l. ex facto etiã agitatum. ff. de here. inſti. ꝛ in. l. cum tale. §. fi. ff. de condi. ꝛ demonſtra. ꝛ quod no. Bar. in. l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. Quinto pro hoc bene facit. l. poſthumorum. verſic. ne ergo. ff. titu. 1. Vltimo pro hoc facit quia ſi ſubſtitutio vulgaris poſſet fieri ſine inſtitutione eadem ratione pupillaris quod eſt contra. l. ii. §. quiſquis. ff. de vulga. ꝛ pupilla. Nec obſt. iſte tex. cũ aliis ſimilibus. q̃ allegant. quia debet intelligi quando filius fuit inſtitutus vt patet expreſſe in. d. l. ſi mater. §. 1. Non obſtat etiam dicta. l. ſi quis ita. quia ibi loquitur in venientib' ab inteſtato qui de neceſſitate non debebant inſtitui hic ſecus vt. ff. eo. l. inter cetera. Item non ob. qđ iniuria no videatur fieri filio ex quo tacite inuitat̃ ſi ſupuiuat qꝛ imo videtur inferri ex

quo factus

quo parens venit ad actū teſtādi.⁊ de filio nō facit mentionem.
ar.l.filiū.§.ſi legata.ff.de leg.i.⁊ ideo ratione forme tradite a iu-
re in.d.l.inter cetera.vitiabat teſtamētū.Preterea in.l.multi.ff.
eo.fuit expreſſe exheredatus.⁊ in.l.filius matre.fuit pro exhere-
dato habit⁹ q2 preteritus a matre:vt in.§.mater.inſti.de exhere.
lib.ideo mirum ſi valet teſtm̄:hic aūt fuit preteritus.Preterea
vt in.d.l.multi.⁊ in.d.l.filius.fuit hereditas relicta ꝑ fideicōmiſ-
ſum filio:⁊ ſic expreſſe mutat⁹ ex teſtamēto hic.⁊ hāc partē etiā
tenet Bal.⁊ Ang.dicit tñ ange.ꝙ opi.bar.poſſet procedere in
milite:⁊ credo ꝙ bñ dicat:q2 preteritio militis facta de filio ſciē-
ter habet ꝓ exheredatione.l.ſicut certi.⁊.l.ſi cū vel in vtero.C.
de teſt.mili.⁊ hoc ſm̄ iſta tp̄a ſ3 que in exheredatione nō eſt ne-
ceſſaria inſertio cauſe:hodie vero cū cā in exheredatione ſit ne-
ceſſaria:⁊ ſimiliter in preteritione materna vt no.in.l.filio prete-
rito.ff.tit.i.⁊ in.§.exheredatos.in auf.de here.⁊ fal.eſſe pōt du-
biū an in p̄teritiōe facta a milite ſciēter requirat inſertio cauſe.de
quo in.l.ſi cū vel in vtero.C.de teſta.mili.⁊ dicet i.d.l.filio.¶ In
gl.ſuper verbo poſthumos.vbi ⁊ ſm̄ ſecūdū ſupple reſpectū.⁊
ſic vult gl.ꝙ habito reſpectu ad tēpus teſtamēti:q2 tunc nō ob-
tinet primū locū.ſeu naſciturus nō eſt in primo gradu:dicitur
quaſi poſthumus:ſ3 habito reſpectu ad tp̄s natiuitatis poſtea
occurrētis:q2 naſcit in primo gradu ⁊ poſthumū parētis dicit
vere poſthumus.¶ In ea gl.in fi.no.bñ gl.q̄ allegat ꝓ ſingu-
lari ꝙ l3 vn⁹ titul⁹ ſit ꝯtinuād⁹ ad aliū.l.q.ff.de ſta.ho.tñ vna
lex nō eſt ad aliā continuanda:quod intellige de neceſſitate niſi
aliud appareat ex tenore ipſarū legū:tñ nō eſt abſolutū ꝙ quis
etiā interdum continuet vnā legē ad aliā ſi ratio ſubiecte mate-
rie hoc patiatur.glo.tñ vult in hoc non eſſe laborandum.¶ In
gl.ſi fit ne.ſed vbi.ſed velleius etiam qui natis.Adde qd̄ infra
dicā in gl.ſup ver.me.d.ibi ⁊ in aliis pōt notari vt per.ff.in gl.in
verbo nepos.Ibi ⁊ qñ iuniores:pōt exponi.i.moderniores.qui
ſunt perſpicaciores:q2 viderunt ſcripta aliorū.⁊ ſic magis pñt
6 ſpeculari.† Pōt etiā exponi iuniores etate ſ3 non placet:q2 l3 et
iuuenes ſint acutiores intellectu tñ in antiquis eſt ſapiētia et
in lōgo tp̄e prudētia.¶ In ea.gl.ibi ſed certe ibi ꝓ velleiū.et ſic
pz ꝙ ſi ſubſtitutio vulgaris facta in vnū caſū nō trahebatur
ad aliū ⁊ hoc iō q2 teſtator nō poterat ꝓuidere in illo alio caſu
obſtāte regula ꝙ poſthumus alienus nō poterat heres inſtitui
de quo hic ꝑ bal.⁊ Ang.⁊ ſic habes quātūcūq3 lex ſit iniqua tñ
vbi agitur de correctione legis l3 inique correctio facta in vno
caſu nō trahit ad aliū ex idētitate rōnis:⁊ ſic ampliat no.in auf.
eſt alius vniuerſaliter inſtituꝰ ⁊ tũc trahit̃ ad inſtõnẽ:vñ ſi di-
co relinquo bona mea titio.videor ipm inſtituiſſe.l.omnes.ſ.de
teſta.mi.⁊ no.gl.in.d.l.his verbis.⁊ i auf.de hered.⁊ fal.§.ſi ve
ro nullũ in verbo relictis.coll.j.Secꝰ ſi aliꝰ eſſet vniuerſaliter in
ſtituꝰ:qꝛ tũc importaret fideicõmiſſuꝫ.l.nã q̄.§.ſin.cũ.l.ſeq.ad
treb.Si aũt nõ reliquiſſet oĩa bona ſꝫ partẽ alio vniuerſaliter in
ſtituto:tũc differẽtia eſt an relinquat certã partẽ bonoꝝ puta
tertiã vel quartã an vero relinquat certã partẽ hereditatis:naꝫ
primo caſu eſt ſimplex legatũ ⁊ nõ vniuerſale fideicõmiſſum ſeu
vniuerſitatis:ſecus in ſcdo vt.l.mulier.§.ſi.cũ ibi not.ſ.ad treb.
⁊.l.ſeruũ.§.ſi.cũ.l.ſeq.de leg.ij.⁊ hec fuerũt de mẽte.Salr.l.l.qm̃
indignũ.C.de teſt.⁊ facit q̄ no.gl.⁊ Bal.in.d.l.his verbis.Sꝫ
aduerte:qꝛ imperfecte vr̃ eſſe locutus qꝛ nõ declarat ibi qñ relin
quit̃ certa quota alio vniuerſaliter nõ inſtituto:⁊ ſi ipſe idẽ in.l.
ſi.C.fa.her.vr̃ velle q̄ trahat̃ ad inſtõnẽ.ex quo alius nõ eſt vni
uerſaliter inſtituꝰ p id q̄ habet̃ in.c.raynutius.⁊.c.raynaldꝰ.
extra de teſta.⁊ i.l.cogi.§.⁊ generaliter.ſ.ad treb.⁊ ſm hoc ſi co
rã ſeptẽ teſtibꝰ q̄s dixit relinquo titio tertiã partẽ bonoꝝ meoꝝ
vel tertiã partẽ hereditatis alio vniuerſaliter nõ inſtituto trahe
tur ad inſtonẽ.⁊ ita vr̃ ſentire Bal.in.d.l.ſi.ſꝫ nõ puto hãc opi.
eſſe verã qꝛ ex mẽte teſtãtis vr̃ eſſe qd iſte habeat ſolũ quotã ſibi
aſſignatã ⁊ nõ aliã.ar.l.maritus.C.de procu.cũ ſi.⁊ hoc etiã ſo
nãt verba iõ in dubio debemꝰ accipere intellectũ p quẽ ſalue-
tur mẽs teſtãtis ⁊ ſignificatũ verborũ.arg.l.ab oibus.in prin.ſ.
de le.j.⁊.l.in his.⁊.l.j.ꝯditio.pmã locũ.ſ.de ꝯdi.⁊ demõ.⁊.C.de
fideicõ.in.l.volũtas.Sꝫ talis intellectꝰ eſt intelligere q̄ nõ iure in
ſtitutiõis ſꝫ iure legati a veniẽtibus ab inteſta.accipiat dictã q̃tã
ergo iſtũ intellectũ debemꝰ potiꝰ accipere.nõ aũt intellectũ qd t a
hat̃ ad inſtõnẽ ⁊ ſucceſſiue ad totũ ꝯ mẽtẽ teſtãtis ⁊ ſignificatu
verboꝝ.Nec obſtãt ꝯ allegata capitula qꝛ ibi exq̃rat certas res
⁊ poſtea dixit cetera vo bona alia relinq̃ tali.vñ mirũ ſi tũc il
la diſpoſitio ex q̃ aliꝰ nõ eſt vniuerſaliter inſtituꝰ trahat̃ ad in-
ſtitutionẽ:qꝛ i effectu ibi oĩa bona reliquit:exceptꝭ pticulariter
diſtributis:ſꝫ hic ſecꝰ.⁊ hãc partẽ puto verã quicq̃d dixerit bal.
56 ⁊ Salr.p rõnes prealligatas.† Quid aũt ſi dixiſſet corã ſeptẽ
teſtibus lego bona mea titio:an trahetur ad inſtitutionẽ. Bal.
q̄ ſic.in.d.l.ſi.fami.hercif.p.c.raynaldꝰ.extra de teſta.vbi vr̃ ca
ſus.Sꝫ Bar.tenuit oppoſitũ in.l.cẽtur.o.in prĩa queſtione prin
cipali ad fine.de vulg.⁊ pupil.Et pro ĩ facit qꝛ vt dixit Bart.
ibi ⁊ etiã Bal.in.d.l.quoties.lꝫ verbũ lego ſm antiquiſſima tẽ-
pora traheret̃ ad inſtitutionẽ.vt.l.verbis legis.de vb.ſig.tamẽ
poſtea reſtrictũ fuit ſignificatũ p ſtem iuris prudẽtiã ⁊ etiã ex
cõi vſu loquẽdi.iõ nõ d; trahi ad inſtõnẽ:qꝛ verba ſm cõmunẽ
vſum loquẽdi ſunt intelligẽda.l.libroꝝ.§.q̄ tñ caſſius.de le.iij.⁊
l.cũ de lanionis.§.aſinã.de fundo inſtruc.⁊ hãc ptẽ ẽt ſecutꝰ eſt
Salr.in.d.l.ſi.Nec ob.c.raynaldꝰ:qꝛ verbũ legauit relatũ ad p
ſonã patruoꝝ ponit̃ improprie p inſtituit vel reliquit.lꝫ relatũ
ad pſonã auunculoꝝ ſtat pprie.vt ibi no.gl.⁊ i.c.ſi pater ⁊ in ver
bo inſtituit.ad fi.de teſta.li.vi.Et nõ eſt mirãdũ qꝛ ſepe cõtin-
git q̄ vnũ verbũ reſpectu diuerſoꝝ ponit̃ pprie ⁊ iproprie vt.l.
ſi.cũ ibi notatis.de offi.pcõ.⁊ lega.⁊ p p̃dicta vr̃ q̄ multomiꝰ
trahat̃ ad inſtõnẽ ſi q̄s legat certã partẽ bonoꝝ vel vniuerſita
tis:etiã alio vniuerſaliter nõ inſtituto.lꝫ Bal.aliter ſenſerit i.d.
l.ſi.¶ Iuxta p̃dicta reſtat dubiũ an ſicut filius ⁊ ceteri deſcen
dentes debẽt hre iure inſtõnis ab eoꝝ aſcendẽtibus:ita ẽ.cõ-

tra ipſi aſcēdētes debeāt hr̄e ab ipſis deſcēdentibus.⁊ ut Bar.
ꝙ nō immo ſufficit quoquo relicti ti.qꝛ hoc nō reperit iure cautū
in aſcēdentib⁹.ergo ⁊c.l.illa.C.de colla.⁊ qꝛ iure codicis ſuffi
ciebat hr̄e quoquo relicti ti.⁊ nō repent correctū niſi in filijs ⁊
deſcēdētib⁹:ergo in aſcēdentib⁹ remaneat ius antiquū incorre
57 ctū p.l.pcipim⁹.C.de ap. † Itē qꝛ pater equiparaẗ patrono.l.
ſ.in pn.l.ſi qs a pa.fuerit ma. ſꝫ in patrono ſufficit quoquo reli
cti titulo vt ibi no.ergo eodē mō in aſcēdentib⁹. Et p h̄ qꝛ tex.
in.§.aliud quoqꝫ capitu.⁊ etiā gl.loquunẗ in deſcēdentibus.⁊
nihil dicūt in aſcēdentib⁹.⁊ hāc opinionē etiā tenuit Bart.in
d.auẗ.vn̄ ſi pareñ.ſꝫ Iac.de bel.in ſua qōne q̄ incipit titius ⁊c.
tenuit oppoſitū.pmo p regulā.l.nā ⁊ ſi parētib⁹ de inoffi.teſt.
vbi ex eadē rōne pietatis debeẗ hereditas deſcēdentiū aſcēdē
tibus.put ecōtra.⁊ per illā.l.⁊ eius rōnē etiā dicit Bart.ibi ho
die eſſe auctā portionē aſcendētiū:qꝛ ex regula iuris antiqui fit
extēſio noue legis etiā in correctorijs.⁊ cēſeẗ extēſio paſſiua.l.ſi
qs ſeruo.cā ibi no.C.de furtis.Et no.ipſe in.l.oēs ppl'i.in ma
teria interpretationis ſtatutoꝝ.Scđo p h̄ allegauit.qꝛ eadē rō
⁊ maioꝛ vr̄ eſſe in aſcēdentib⁹ q̄ in deſcendētib⁹.⁊ p ꝯñs idem
ius dꝫ eſſe.l.illud.ad le.aquil.cū ſimi.n.i in filio eſt ratio vt ſerue
tur ſibi honoꝛ.⁊ habeat titulū honorabilē.l.filiū.§.legata.ff.de
leg.pſt.ī.Sed iſta eadē rō multo fortius hꝫ locū in patre quia
maioꝛ honoꝛ debeẗ patri a filio q̄ ecōtra.facit qđ habeẗ in.l.li
berto.ff.de obſequijs.⁊ qđ habeẗ in.l.iulian⁹.§.ſi qs omi.cau.
teſt.Tertio p h̄ allegauit tex.in auẗ.vt cū de app.cogno.in.§.⁊
58 hec quidā.vbi † dicit qđ illa q̄ ſtatuta ſunt in deſcēdētibus hec
eadē iuſtum eſt ſtatuere in aſcēdentibus cū certa moderatione
⁊ ſic etiā ſtatuit.vn̄ ſalua moderatione ibi poſita q̄ eſt vt ex plu
ribus cauſis poſſit fili⁹ exheredari q̄ pater in ceteris remaneat
eadem diſpoſitio.Ultimo licet alias rōnes allegat tex.vbi vide
tur caſus in.§.hec autē.in eadē auẗ.vbi dicit hec autē eſt noſtre
ſerenitatis intētio vt parētes ⁊ liberos ab iniuria preteritionis
⁊ exheredationis liberemus.⁊ poſtea ſubiungit ver.ceterū. di
cens.ceterū ſi q heredes in certa reſcripti ſunt ⁊c. Nec dicit de
filio magis q̄ de patre ⁊ ſic videẗ ꝙ ver.ceterū.ad vtrūqꝫ refe
ratur.⁊ p hoc etiā qꝛ in fine ipſius ver.ceterum.ſubiungit.ſola
enim eſt noſtre ſerenitatis intentio a parentibus ⁊ liberis exhe
redationis ⁊ preterit omis iniuriam abolere. ⁊ ſic dicatur intel
ligi ꝙ in precedētibus de vtroqꝫ intellexit.⁊ ſic in dicto ver.ce
terū.⁊ p h̄ qꝛ clauſula in medio duoꝝ poſita trahiẗ ad quod
libet extremoꝝ.l.in.§.fili⁹.ff.de liber.⁊ poſthu.⁊ hec pars mihi
placet p rōnes ſupra dictas ⁊ maxime p hāc vltimā. ⁊ ſic pdie
cōſului apud paduā.Nec ob.ꝙ in patrono ſufficit quoquo reli
cti titu.qꝛ magis eſt debita parentib⁹ hereditas filioꝝ q̄ liberti
patrono.l.ſi qs legatū.cū ibi no.ff.de fal. facit qđ legiẗ ⁊ not.in
l.patron⁹.ff.de dona.nec ob.alie rōnes Bar.qꝛ ſatis apparent
ſolute p ſupi⁹ dicta. Unū nō omitto circa iſtā materiā qꝛ dixit
Bal.in.l.ſi a.iulia.C.de her.actio.⁊ qđ ſi pater reliqt filio certā
rē ⁊ iuſſit eū plus nō petere.qđ videtur velle rem illā cōpenſare
cū legitima.⁊ ſic iure inſtōnis relinqt ar.l.ſi debitoꝛ.ff.ad.l.fal.⁊
ideo ſaltē in dicto caſu ſuſtentabiẗ teſtm̄.Sed Saly.ibi tenet ꝯ
triū ⁊ bn̄:qꝛ lꝫ videaẗ cōpenſa e ⁊ h̄ bn̄ pbat.l.ſi debitoꝛ.tn̄ nō
apparet ꝙ relinquat iure inſtōnis.nec h̄ pbat.d.l.ſi debitoꝛ. et
ideo cū forma nō ſit ſeruata nō valebit teſtm̄ p ea q̄ ſupius ſunt
dicta.⁊ hec ſufficiāt de iſto articulo.¶ Et ex ſupradictis patet
Bal.variaſſe in materia iſta qſi filio relinquiẗ aliqd ſimplr̄.nec
adāciẗ iure inſtōnis.nā qſqꝫ tenuit opi.cōem.vt pꝫ ex no.per
eū in.l.his ꝓbis.ff.eo.qſqꝫ tenuit opi.Bar.vt pꝫ ex notatis p
eū in auẗ.nouiſſima.C.de inoffi.teſt.qſqꝫ tenuit opi.Ja.de ra.
⁊ vltramō.vt pꝫ ex no.p eū.C.eo.ti. Quid tenēdū ſuperi⁹ dixi.
59 † Reſtat nūc vltio loco diſcutere an teſtatoꝛ poſſit pꝓhibere ius
accreſcēdi quā materiā poſuit bar.i.l.quoties.§.ſi duo.ff.e.⁊ ibi
ē aliqd p bal.⁊ p eūdē bal.i.l.ſi ita qs heres inſtituaẗ excepto
fundo.ff.e.alias in.l.ſi ita qs heres inſtituaẗ ſi legitim⁹.⁊.C.qſi
nō petē.partes.l.j.in.x.q.⁊ p Ang.in.l.j.C.de teſt.mili.⁊ in.l.
pe.ff.de iniuſto teſt.⁊ p Saly.in.l.quoties.C.e.Pro cui⁹ decla
ratiōe eſt aduertēdū ꝙ dict⁹.§.ſi duo.in.l.quoties.ff.eo.pōt in fi
ne ei⁹ duplr̄ itelligi.vno mō ꝙ inſtituti in re certa de qb⁹ ibi dꝫ
nō erūt heredes equaliter.ſꝫ put teſtatoꝛ voluit ſi de ei⁹ volunta
te manifeſtiſſime ꝯſtat.Et iō ſi ꝯſtat ꝙ voluit eſſe hr̄des p rata
ſibi aſſignata in fundo erūt heredes p illa rata.Sec⁹ ſi nō ꝯſtat
de volūtate teſtātis.⁊ iſte itellect⁹ ſatis applaudet illi.§.⁊ ſm iſ
ſtū.§.ille nō dꝫ allegari ad iſtū articulū an teſtōꝛ poſſit pꝓhibere
ius accreſcēdi:qꝛ ſm iſtū itellectū nil faceret. Scđo mō pōt itelli
gi ꝙ inſtituti ibi in re certa erūt heredes eq̄liter niſi teſtoꝛ mani
feſtiſſime voluerit ꝯtrariū:vt qꝛ noluit eos gcq̄ vltra hr̄e q̄ eſſet ſi
bi aſſignatū i inſtōne pticulari:qꝛ tūc nihil habebūt:⁊ reduceẗ
res ad cām inteſtati ⁊ tūc bn̄ faciat ille.§.qđ teſtōꝛ poſſit pꝓhibe
re ius accreſcēdi.Dicit tn̄ Ang.ibi ꝙ nō itelligeẗ eē pꝓhibitū ſi
teſtatoꝛ dixit inſtituo titiū i fundo tm̄:qꝛ ſm eū vr̄ ſe referre ad
pꝓhitꝓs.l.ita.ff.de au.⁊ arg.leg.⁊ facit ꝙ no.in.l.q rome.§.duo
fratres.de v.ob.Iō ex q̄ nihil dicit de potētia petēdi in futurū
nō intelligeẗ pꝓhibuiſſe ius accreſcēdi.⁊ ſic ſm eū erit ſenſus in
ſtituo titiū in fundo tm̄.id eſt ad pꝓhs aliud ſibi nō aſſigno. Sꝫ
aduerte qꝛ Bar.in.d.l.ſi duo.ſequiẗ ſm intellectū,⁊ dicit pmū
nō eſſe de mente illius litere dū dixit ſi mō patriſfamilias mani
feſtiſſime nō refragaẗ.nā ſm eū circa diſtributionē partiū here
ditatis nō requiriẗ manifeſtiſſima volūtas ſed ſufficit manife
ſta dicta.l.quoties.§.j.ff.eo.⁊ ideo ad diſtributionē partiū non
videnẗ dicta verba referri.Sꝫ Ang.in.d.§.ſi duo.vr̄ velle pri
mū intellectū poſſe tolerari.lꝫ nō reſpōdeat ad rōnē Bar.⁊ ſa
ly.in.l.quoties.§.allegata.expreſſe tꝫ primū intellectū dicens ꝙ
clauſula in fine poſita dꝫ referri ad ea ad q̄ cōmode referri pōt
l.ſi idē cū eodē in fi.ff.de iuriſd.om.iud. tn̄ nō rn̄det ad rōnem
Bar.⁊ ſimiliter Bal.in.d.l.ſi ita quis.videẗ ſequi primū intel
60 lectū ſed nō rn̄det ad rōnē Bar. † Tu potes rn̄dere ꝙ manife
ſtiſſima dꝫ eſſe volūtas q̄ etiā apparet ex cōiecturis.vt eſt tex.in
l.ſi qs locuples.ff.de manu.teſta.⁊ facit ꝙ no.gl.in.l.ſi tutoꝛ.C.
de periculo.tuto.⁊ ꝙ habeẗ in.l.lꝫ imperatoꝛ.ff.de leg.j.⁊ iō quan
tum ad iuris intellectū ſatis dꝫ manifeſtiſſime ꝯſtare id de quo
manifeſte cōſtat.p ea q̄ habētur i iuribus allegatis.⁊ iō forte
litera ibi dixit manifeſtiſſime:qꝛ videbaẗ ꝙ ex rata aſſignata in
inſtōne particulari deberem⁹ pſumere mētē teſtatoris,fuiſſe ꝙ
haberēt eandē ratā in hereditate.tn̄ iſtud nō ſufficit ſed opꝫ ꝙ
aliter manifeſtius ꝯſtet de volūtate teſtātis ad hoc vt nō veniāt
equaliter ad ipſam hereditatē.⁊ iō lr̄a ibi dixit ſi mō voluntas
manifeſtiſſime nō refragaẗ ⁊c. quaſi requireret aliter conſtare
quā ex aſſignatione facta ex inſtōne particulari.ſed nō ex eo qꝛ
ſi aliter manifeſte cōſtaret ꝙ voluiſſet p dictis ratis eos venire
ꝙ id nō ſufficeret. Quid em̄ ſi forte grauaſſet eos aliqd dare ali
cui p ratis aſſignatis in inſtōne particulari.Certe tūc vr̄ ꝙ illis
ſufficeret vt dicaẗ teſtatorē voluiſſe eos venire ad hereditatē p
dictis ratis.ar.l.quoties.⁊.l.nō vnq̄ cū ibi notatis.ff.ad treb.⁊
tūc diceẗ ſatis manifeſtiſſime ꝯſtare de volūtate:qꝛ h̄ eſt ꝯiectu
ra a iure approbata p dictas ll.iō,⁊c.p id qđ no.gl.i.d.l.ſi tutoꝛ.
⁊ hunc intellectū puto poſſe ſuſtineri ⁊ fore de mēte lr̄e qcqd di
xerit Bar. ¶ Hoc premiſſo eſt aduertēdū qđ varie fuerūt opi.
i hac materia.Una fuit opi.Py.quā refert Bal.i.l.ſi qs ita he
res inſtituaẗ legitim⁹.ff.e.ꝙ nō poſſit teſtatoꝛ pꝓhibere ius accre
ſcēdi.moueẗ p.l.ſi qs ita hr̄s inſtituaẗ excepto fundo.ff.eo.Scđo
qꝛ ſpāle vr̄ in milite p id ꝙ habeẗ in.l.ſi miles vnū ex fundo.ff.
de teſt.mil.⁊.C.de teſt.mili.l.j.⁊ ij.ſic in ꝯtrariū vr̄ ius cōe in paga
61 no.l.ius ſingulare.ff.de legi.† Tertio qꝛ nemo pōt facere ꝙ le
ges nō habeāt locū in ſuo teſtō.l.nemo pōt.ff.de leg.j.⁊ iō qꝛ le
ges velint qđ accreſcat ne qs decedat p pte teſtat⁹ ⁊ p pte inte
ſtatus.l.ius noſtrum.de reg. nō poterit teſtatoꝛ diſponere ꝯtrariū. Et
iſtā opi.ſequiẗ Bal.in.d.l.ſi ita qs.⁊ p ea pte allegauit quarto
gl.ordi.in.l.ſeru⁹ cōis ab extero.ff.de acq.here.vbi gloſ.vr̄ velle
ꝙ ius accreſcēdi de neceſſitate obueniat ne qs decedat p parte
teſtatus ⁊ p pte inteſtat⁹.⁊ rn̄det ad.§.ſi duo.in fi.qđ dꝫ referri
ad diſtributionē partiū ⁊ nō ad pꝓhibitionem iuris accreſcēdi.
Itē rn̄det ad glo.l.dñs.ff.de vſufru.q̄ videtur velle ꝙ teſtatoꝛ
poſſit pꝓhibere ius accreſcēdi. qđ illa loquiẗ in legatis in qbus
bn̄ pōt pꝓhibere ius accreſcēdi.l.luci⁹.§.q habebat.ff.ad treb. ſe
cus in hereditatibus.¶ Scđa fuit opi.Bar.q tenuit oppoſitū
vcꝫ qđ poſſit pꝓhibere ius accreſcēdi. Moueẗ primo p dictū.§.
ſi duo.ſcđo qꝛ diſpoſitio teſtatoris pplexa vitiaẗ.l.ſi titius.ff.de
cōdi.inſti.ſꝫ talis aūt vr̄ eſſe diſpo teſtatoris qſi pꝓhibet ius accre
ſcēdi ꝙ nō poſſit decedere p parte teſtat⁹ ⁊ p parte inteſtatus
ideo vitieẗ tota diſpō ⁊ p ꝯñs reduceẗ res ad cām inteſtatus.
62 † Tertio mouetur qꝛ ſicut inſtō in re certa tacite attrahit ad ſe
aliud.vt in h̄.§.ſi ex fundo.ita inſtō facta de ſeruo tacite attra
hit ad ſe hodie libertatē.l.pe.C.de neceſſarijs ſeruiſ.⁊ tn̄ ſi ꝯſtet
de mēte teſtōris ꝙ velit iſtituere ſeruū ⁊ nō dare ſibi libertatē
nō habebit libertatē ⁊ vitiabiẗ inſtō.iuxta no.in.d.l.pe.⁊ inſti.
eo.ti.§.j.cū ibi no.⁊.l.ſed ⁊ ſi cōditioni.§.fi.ff.eo.ergo eodē mō ſi
cōſtet de volūtate teſtātis ꝙ nō voluit inſtitui ex re certa hr̄e
totū vitiabiẗ inſtō.⁊ ſic cā inteſtati trahet ad ſe cām teſtati pro
pter pꝓhibitionē ⁊ volūtatē teſtatoris.facit.l.ſi quis ita inſtitua
tur ſi legitim⁹.ff.eo.ti.Quarto moueẗ p.l.pe.ff.de inu.teſt.⁊.l.ſi
poſthumus ver.ſi cū duobus. de lib.⁊ poſthu.vbi pꝫ ꝙ teſta
toꝛ dādo ſubſtitutū vulgarē videẗ pꝓhibuiſſe ius accreſcēdi.iō
ibi cā iteſtati attrahet ad ſe cām teſtati.Quinto ⁊ vltio allegat
ad h̄ glo.in.l.dñs.ff.de vſufru.⁊ demū niteẗ rn̄dere ad aliquas
rōnes q̄ faciūt in oppoſitū ſup quo nō inſiſto:qꝛ ex.ff.dicendis
patebit qd dicendū.¶ Tertia fuit opi.Bald.in.d.l.vna.C.qſi
nō peten.partes in.x.q.vbi videẗ quodāmō mediā viā elegiſ
ſe.⁊ ſic quodāmō opi.cōcordaſſe:nā dicit ipſe ꝙ in legatis cla
rū eſt ꝙ pōt pꝓhibere p no.in.d.l.dñs.In hereditatibus vo vr̄
ꝙ aut inſtō trahiẗ ad vniuerſum ex iuris fictione.exēplū in h̄
§.ſi ex fundo.⁊ tūc teſtōꝛ poſſit pꝓhibere accreſcēdi.l.quoties.§.
ſi duo.ff.e.facit ꝙ habeẗ in.l.apud iul.§.j.in glo.magna ad fi.ff.
ad treb. Aut inſtō trahebaẗ ad vniuerſum ex iuris neceſſitate
prout eſt videre in inſtituto ex quota:⁊ tunc nō poſſit pꝓhibere.
facit

facit l3 nō alleget qđ hʒ in.l.ſi ſeru⁹ cōis ab extero.ff.de acq.her.
63 † nā actus teſtādi eſt indiuidu⁹ ꝛ nō pōt ꝑ parte valere.l.iurio
ſum.C.q teſt.face.poſ. Nec pōt ꝗs facere qđ.ll.nō habeāt locū
in ſuo teſtō ideo inualidat̃ dicta ꝓhibitio dicit tamē qđ ſi tres
eſſent heredes inſtituti ex quota ꝛ ꝓhiberet teſtator in pſonam
vnius eorū iur accreſcēdi qđ vr̃ hoc facere cōtemplatione alio
rū duoꝝ. ꝛ idō teneret ꝓhibitio: q2 nō decederet tūc ꝑ parte teſta
tus ꝛ ꝑ parte inteſtatus. facit l3 nō alleget qđ habet̃ in.l. peto.
ff.de lega.ij. Tā ſi forte pōt dici qđ nō obſtāte dicta ꝓhibitione ſi
vnus ex tribus repudiat accreſcet aliis duobus ꝓ rata: q2 por
tio accreſcit portioni ꝓ rata de mero rigore.l.ſi totā.ff.de acqui.
here.tā ꝓhibitus habere ius accreſcēdi videbit̃ in effectu roga
tus reſtituere alteri coheredi partē ſibi accreſcētē ar.d.l.peto. l3
ipſe h̄ nō ſic declaret. Et ibi etiā ſubdit an poſſit renūciari iuri
accreſcēdi. ꝛ dicit ꝙ ſic in legatis ꝛ fideicōmiſſis. facit.l. luci⁹.§.
q habebat.ff.ad treb.ſʒ nō in hereditate directa. Forte tñ i lega
to ꝛ fideicōmiſſo pticulari hñ dīſꝫ in fideicōmiſſo vlī forte ſec⁹
cū ille ſit heres effectu.l.ſi fili⁹.ſupra qđ cū eo. ꝛ portio vt.ſ. eſt
dictū accreſcit portioni: vt.d.l.ſi totā. niſi forte defenſando eā
dicas ꝙ tūc portio deficiēs remanebit penes heredē vlēm ar.l.
j.§.in primo. ꝛ.§.ꝑ ſcđo. ꝛ.§.in nouiſſima.C. de cad. tol. ꝛ h̄ vr̃
bene dictū niſi inſtitutus fuiſſet coactus adire hereditatem ad
inſtantiam vnius ex fideicōmiſſariis: q2 tūc nō deberet aliquo
mō ſentire aliqđ incōmodū inuitus.l.j.§.j.ff.ad treb. Et ibi etiā
ſubaudit an ſi qs cōmiſit delictū ꝓpter qđ bona de iure cōi pu
blicant̃ ſi hʒ bona in duob⁹ locis. puta bononie ꝛ peruſij. ꝛ fi
ſcus bononiēſis nolit bona q̄ ſunt bono. an accreſcēt fiſco peru
ſino. ꝛ dt qđ nō: q2 fiſcus nō eſt ꝓprie heres iuxta ea q̄ not. in l.
quoties.ff.de noua. ꝛ.l. inter eos.§.ſi.de fideiuſſoribus. Super
quo ēt adde qđ notauit Bar.in.l.cūctos pplos.ad ſi.C.de ſum
ma trini. Ang. variauit in hac materia nā aliter fuit locut⁹ in
l.j.C.de teſt.mil. aliter ꝛ in.l.pe.de inuſto teſta. nā in.d.l.j. in ef
fectu ſequit̃ opi. Bar. nā ibi dicit qđ in milite q pōt decedere ꝑ
parte teſtat⁹ ꝛ ꝑ parte inteſtat⁹. hñ eſt facendū qđ pōt ꝓhibere
ius accreſcendi. Sʒ in pagano dicit Dy. tenere oppoſitū. ꝛ de
mū dicit Bar. tenere qđ poſſit ꝓhibere expſſe ꝛ tacite. Et de ex
preſſa ꝓbat p.§.ſi duo. ꝛ de tacita p.l.pe. Ipſe vo cōcludit qđ
ſi ꝯſtet de expſſa teſtātis volūtate illa eſt ſeruāda. ꝛ ſic teſtator
reddet̃ inteſtat⁹ ꝛ cā iteſtati attrahet ad ſe cām teſtati ꝑ.d.§.ſi
duo. Sʒ vo q̃rit̃ an tacite videat̃ ꝓhibere ita qđ ſit inteſtat⁹ cō
64 cludit qnqȝ caſus. ¶ † Primus eſt qñ inſtituit aliquē ꝛ ꝓhibet
eū plus petere. ꝛ tūc dicit qđ ſi alius nō eſt inſtitut⁹ reducet̃ res
ad cām inteſtati p dictū.§.ſi duo. ſecus ſi alius eſſet inſtitutus:
q2 tūc videret̃ ꝓhibitio facta ei⁹ cōtēplatione. ꝛ ideo ſi teſtator
inſtituiſſet filiū maſculū vniuerſaliter ꝛ filiā in re certa ꝛ prohi
buiſſet eā plus petere videret̃ ꝓhibuiſſe reſpectu ipſi⁹ maſculi.
Et iā ſi maſcul⁹ deficeret vel repudiaret q2 ceſſaret cā ꝓhibitio
nis veniret filia ad totū. Et h̄ ēt tenuit Bar.in.d.§.ſi duo. et ēt
Bal. ibi dicēs de facto ſic ſe ꝯſuluiſſe. ꝛ etiā Ange.i.d.l.pe. vbi
dicit etiā de facto ſe ſic cōſuluiſſe. ¶ Scđs caſus eſt qñ inſtituit
vnū in vna re alia excepta. ꝛ nullū aliū inſtituit. nec alteri illam
exceptā aſſignat. ꝛ tunc dicit ꝙ ſi inſtō eſt pticularis ꝛ exceptio
vl'. ꝛ tūc cā inteſtati tanꝗ potētior trahet ad ſe cām teſtati. Se
cus ecōtra ſi inſtō eſt vlis ꝛ exceptio pticularis: q2 tūc cā teſtati
tanꝗ potētior trahet ad ſe cām inteſtati. ꝛ ſic loquit̃.d.l. ſi qs
ita inſtituat̃ excepto fundo. facit.l.q̃rit̃.ff. de ſta.ho. ¶ Terti⁹
caſus eſt qñ inſtituit vnū in vna re ꝛ de alia nihil dicit: ꝛ tunc
clarū ꝙ nō vr̃ eſſe ꝓhibitū ius accreſcēdi imo trahet̃ ad totū p
ſtū.§.ſi ex fundo. ¶ Quartus caſus eſt qñ inſtituit vnū in vna
re ꝛ aliū in alia. ꝛ tūc idē dicendū: q2 trahent̃ ad vniuerſum di
cte inſtōnes.d.l.quoties §.ſi duo. ¶ Quintus caſus eſt qñ in
ſtituit vnū in ſemiſſe ꝛ ꝓhibet eū plus petere. nā tūc q2 cā teſta
ti eſt eque potēs cum cā inteſtati. ꝛ vt fauorabilior trahet ad ſe
cām inteſtati. Et ibi etiā tāgit ſi inſtituit vnū in vno ꝛ aliū i alio
cui dat ſubſtitutū vulgarē. ꝛ ſic tacite ꝓhibet ius accreſcēdi. nā
dicit qđ tūc ſi ſubſtitutio reddat̃ inutilis fauore venientiū ab inte
ſtato. puta rōne pteritionis. vt eſt videre in caſu dicte l.pe. tunc
cā inteſtati trahet ad ſe cām teſtati. ſec⁹ ſi alias ſubſtō reddat̃ inu
tilis.l.ij.§.ſi duo.ff.de ſecun tab. Et h̄ etiā fuit in mēte Bart.in
d.l.pe. ꝛ ſi bñ cōſideres in effectu ſequit̃ opi. Bar. Sed ipſe idē
aliter fuit locutus in.d.l.pe. nā ibi dicit qđ vbi p ꝓhibitionē iu
ris accreſcēdi nō incidimus in ꝯtradictionē cauſe teſtati ꝛ inte
ſtati ſimul ꝯcurrētiū. exēplū in legatis: q2 l3 vnius portio defi
ciat ꝛ nō vadat ad collegatariū ꝓpter ꝓhibitionē iuris accreſcē
di: ſʒ ad hr̃dē nulla eſt ꝯdictio. ꝛ tūc eſt clarū qđ t3 ꝓhibitio: vt
in gl. dicte.l. duo. Sʒ vbi neceſſario in dictā ꝯdictionē opʒ incur
rere ſicut eſt in inſtōnib⁹ cū aliqs inſtituit̃ in fundo vel i quota
ꝛ ꝓhibet̃ pl⁹ petere. tūc ꝯcludit ꝙ ſi inſtō eſt vlis ꝛ exceptio pti
cularis. vt q2 inſtituit̃ titi⁹ i vniuerſo excepto fundo. itelligo ēt ſi
ꝓhibeat̃ expſſe illū hr̃e: tūc nihil operat̃ exceptio. imo cā teſtati
velut potētior attrahit ad ſe exceptionē min⁹ potētē: ꝛ ſic cām
inteſtati. Et idō inſtitutus in dicto caſu nō obſtāte dicta prohi
bitione habebit fundū. ꝛ ita intelligit dictā.l.ſi qs ita heres in
ſtituat̃ excepto fundo. Et ecōtra ſi exceptio eſt vlis inſtō parti
cularis vt q2 iſtituat̃ titi⁹ in fundo ita qđ plus petere nō poſſit
tūc exceptio vlis velut potētior trahet ad ſe cām teſtati. ꝛ venie
tes ab iteſtato habebūt fundū.d.l. q̃ties.§. ſi duo. Sʒ ſi vtraqȝ
eſſet eq̄ potēs: vt q2 iſtituit̃ titi⁹ ex ſemiſſe ꝛ ꝓhibet plus petere
tūc cā teſtati tāꝗ nobilior ꝛ fauorabilior trahet ad ſe cā; iteſta
ti ꝛ hʒ totū inſtitut⁹ cū mai⁹ nobile attrahat ad ſe min⁹ nobile.l.
q̃rit̃.ff.de ſtatu ho. ꝛ facit qđ habet in.c. ꝛ no. de conſecr.eccle.
vel alta.li.vi. Et p̄dicta dicit ꝓcedere qñ ꝓhibitio iuris accreſcē
di eſt facta ſolū fauore venientiū ab inteſtato. ſec⁹ ſi fauore veniē
tiū ex teſtō. exēplū ponit in filia iſtituta in re certa maſculo inſti
tuto ex vniuerſo ꝛ iuſſa pl⁹ nō petere: q2 tūc repudiāte maſculo
habebit totū. nā dʒ itelligi ꝓhibita reb⁹ ſic ſe habētib⁹. p id ꝙ
no. Guil. de cu. in l.ſeruo manumiſſo. de condi. inde. ꝛ facit qđ
habet̃ i.l.paulo callimacho.ff.de leg.iij. ꝛ qđ hʒ in.l.qđ ſerui⁹.de
65 cōdi.ob cām. Et ſic dicit ſe conſuluiſſe vt.ſ. dixi. † Et vltimate
dicit p̄dicta in pagano ſʒ in milite dicit qđ ꝓhibitio iuris accre
ſcēdi eſt obſeruāda ſiue ſit expſſa ſiue tacita p id qđ hʒ in.l.j.C.
de mili. Et dicit eſſe tacitā vbi miles paganica vel caſtrēſia
vnū rel ꝗt. ꝛ de aliis nihil dixit ſecus dixit ſi inſtitueret vnū ex
fundo ꝛ ex quota patrimonij ꝛ de reſiduo nihil diceret: vt ptʒ
ſm eū ex ꝯiunctiōe trīū legū vʒ.l.ij.C.de teſta. mili. ꝛ.l. ſi miles
vnū ex fundo. ꝛ.l.ſi certarū.de teſt.mil. Sʒ de hoc vltimo dic vt
dixi.ſ. ſup ſi.gl. Et aduerte: q2 ſi ponderas dicta Ange. in.d.l.
pe. vult ꝙ ſolū attēdat̃ q̄ cā ſit potētior nec curet̃ ex expſſa ꝓhi
bitione. ꝛ in hoc vr̃ variaſſe ab eo qđ dixi in.d.l.j.de teſt.mil. q2
ibi voluit ſeruari expreſſam ꝓhibitionem. Salꝟ. vo in.d.l.quo
ties. tenuit opi. Dy. ꝛ ſic primā opi. qđ nō poſſit ꝓhibere. ꝛ alle
gauit vltra allegata ſupius: q2 h̄ nō reperit̃ iure cautū qđ cā in
teſtati h̄ modo trahat ad ſe cām teſtati. ergo ꝛc. ar.l.illam.C.de
colla. Itē ſcđo dicit eſſe caſum in.l.quoties C.e. nā ibi inſtituti
in re certa erāt iuſſi eſſe ꝯtēti illis reb⁹. ꝛ tñ ſi nullus alius fuiſſet
vniuerſaliter inſtitutus veniſſent ad totū ex illo tex. ꝯiuncta gl.
ergo ꝛc. ¶ Vltimo ꝓ hoc allegat q2 teſtator p ſuā ꝓhibitionē
nō pōt facere quo minus qs habeat id ad qđ alias de iure voca
bat̃ ex quadā iuris neceſſitate vt ptʒ in.§.ceterū.in auẗ. vt cū de
appel.cognoſcit̃. vbi ſi filius inſtituit̃ in re certa ꝛ ꝓhibet̃ pl⁹
nō petere nō tenet ꝓhibitio quo min⁹ petat vſqȝ ad legitimā.l.
oīmodo. ꝛ.l.qm̄ in priorib⁹.C. de inoff. teſta. ergo eodē modo
in ꝓpoſito. nec dicas ſpeciale ibi in filio ſcđm eū: q2 ibi nō eſt ſpe
ciale vt retineat qđ nō dʒ magis in extraneo: vt.j.dicet̃. ſed nō
vt petat. ꝛ nitit̃ rñdere ad rōnes Bar. nā rñdet ad.§.ſi duo. qđ
dʒ referri ille tex. in fine ad diſtributionē partiū: vt.ſ. eſt dictū.
Itē rñdet ad.l.pe. de inuſto teſta. q2 ibi nō ſimplr̃ ꝓhibet ius
accreſcendi ſed dat ſubſtitutū loco alterius inſtituti. ꝛ quod ibi
veniunt venientes ab inteſtato nō eſt ſimpliciter ꝓpter ꝓhibi
tionē iuris accreſcēdi: ſed ꝓpter preteritionē factā a gradu ſub
ſtituti. ideo ex quo gradus rumpit̃ ꝛ rumpit̃ fauore poſthumi
vt faciat ſibi locū: ꝛ nō alias.l.nā ꝛ ſi ſub cōditione.§. rūpendo.
ff.de iniuſto teſt. ideo mirū ſi tunc eſt locus ſucceſſioni ab inte
ſtato. ideo ſecus eſſet vt eſt dictū ſi alias ſubſtō fuiſſet facta inuti
lis. vt q2 ſubſtitut⁹ fuiſſet mortu⁹ vel repudiaſſet.d.l.ij.§.ſi duo.
de bo.poſ. ꝛ no. idē Bar. in.d.l.pe. Preterea in.d.l.pe. ab initio
ſup toto fuit teſtat⁹. h̄ ait volebat ꝑ parte a ꝓncipio eſſe inteſta
tus. ꝛ ſic caſus eſt diuerſus. Itē ob. ſi dicat̃ qđ ſm hoc fiet con
tra volūtatē teſtātis ſi dicamus inſtitutū ꝓhibitū plus nō pete
re habere totū: q2 rñdet Saly. dupliciter. vno mō qđ imputan
dū eſt teſtatori q non expreſſit pſonā cuius cōtēplatione fecerit
ꝓhibitionē. ideo tū ſit ſimplex ꝓhibitio vr̃ nō valere.l. filiuſfa.
§.diui.ff.de leg.j. ꝛ hanc ſolutionē ſenſit glo. in.l.peto. in prin.ff.
de leg.ij. Sed vt ipſe dicit illa glo. cōiter non tenetur: q2.§.diui.
loquit̃ qñ ꝓhibitio teſtatoris reſpicit fauorē ꝓhibiti vt ptʒ in ꝓ
hibitione de nō alienādo rem aliquā: ſed hec ꝓhibitio reſpicie
bat onus ꝛ grauamen ꝛ ſic nō hʒ locū dictus.§.diui. Ideo rñ
det ſecūdo modo ꝙ nō fiet omnino cōtra volūtatē teſtantis:
q2 ꝓhibit⁹ plus nō petere tenebit̃ reſiduū reſtituere venientibus
ab iteſtato quoꝝ fauore vr̃ facta dicta ꝓhibitio argu.d.l. peto.
de le.ij. ꝛ facit etiā qđ no. in.l.quoties.C.fa.her. nā in effectu ꝓ
pter dictā ꝓhibitionē videt̃ rogatus de reſtituēdo reſiduū ve
nientibus ab inteſtato vt eſt dictum. ꝛ loco quarte trebelliani
ce poterit retinere id qđ ſibi eſt aſſignatū p teſtatorem. facit qđ
habet̃ in tex. ꝛ glo. ꝛ.d.l.quoties. ꝛ ſi id qđ eſt aſſignatum non
ſufficeret videret̃ qđ poſſet accipere tm̄ qđ ſuppleret in effectu
ipſa trebellianica. Sed in ꝯtrium facit q2 ex quo prohibitus eſt
plus nō petere videt̃ prohibuiſſe trebellianicā detrahi vltra id
quod eſt aſſignatum. Et ideo dicit qđ inſpiceremus in opinio
nes an teſtator poſſet trebellianicā ꝓhibere. de quibus p glo. ꝛ
doc. in auẗ. ſʒ cū teſtator.C. ad.l.falci. ꝛ in.l.marcellus.§. qđ aue
tē. ꝛ ibi p Bar. ꝛ ibi ēt dixi.ff.ad treb. ꝛ dixi ēt in.l.j.§.ſi.j. ſi cui
pluſꝗ p.l.falcidiā. ꝛ.l.j.§.ad eos.ff.ad le.fal. ꝛ ſic remaneat i cō
66 cluſione Saly. qđ teſtū vʒ. † Sed inſtituit̃ in re certa vel quota

ꝓhibitus plus nõ petere cogeť reſiduū reſtituere veniẽtib⁹ ab
inteſtato. Et ꝓ iſta opi. ꝙ ꝓhibitio nõ reducat teſtm̄ ad cãm in
teſtati. allegat dictã. l. ſi ita ꝙs h̃rs iſtituať excepto fundo ipſas
ſic īducẽdo: qꝛ exceptio manifeſtiſſime repugnat regule. l. q̃ſitū
§. idẽ reſpõdet. ff. de fundo inſtructo. ꝛ. l. in his. cū ibi no. ff. de le
gi. ꝛ ſic vꝫ qꝺ ſi inſtituiť ꝙs excepto fundo manifeſtiſſima videť
eſſe voluntas teſtantis inſtitutū non habere fundū. ꝛ tñ ꝯ̃triū
ibi diciť. Et aduerte qꝛ opi. Saly. vꝫ differre ab opinione Dy.
nã Dy. vꝫ velle ſimpl̃r qꝺ reiciať ꝓhibitio. ꝛ ſic inſtitutus eſſe
ctualiter habebit totū. Sed Saly. vult qꝛ lꝫ inſtitutus de rigo
re habeat totū tñ in effectu nõ habebit totū: qꝛ cogetur reſiduū
reſtituere veniẽtibus ab īteſtato. Jtẽ aduerte qꝛ nec Saly. nec
alij doc. reſpõdẽt ad duos ex rationibus Bar. vꝫ ad illam de
perplexitate. ꝛ ad illã de. l. pe. de neceſſariis ſeruis tñ poſſet re
67 ſponderi primo ad illã de perplexitate. qꝺ † quedã eſt perplexi
tas indiſſolubilis: vt qꝛ eſt concepta ſub duplici cõditione quo
dãmodo reciproca. Exẽplū in. l. ſi titius. de condi. inſti. vt ſi di
cit ſi titius heres erit ſeius heres eſto. ꝛ ſi ſeius heres erit titius
heres eſto. ꝛ tunc bene vitiať diſpoſitio: qꝛ non eſt bñ poſſibile
dictã perplexitatẽ diſſolui. cū vtraqꝫ diſpoſitio ſit cõditionalis
ꝛ ꝑplexa. ꝛ ſic loquiť cõtrariū Bar. † Quedã vero eſt perplexi
68 tas q̃ põt diſſolui. ꝛ tũc nõ vitiať ex toto diſpoſitio: vt patet ex
his q̃ habenť in. l. ꝑ ſeruū. §. 1. ff. de vſu ꝛ habitatione. ꝛ. l. 1. ff. de
adimẽ. leg. in q̃bus ptꝫ qꝺ ſi teſtator dicit lego vſumfructū de
tracto vſu. vel actū detracto itinere vꝫ diſpoſitio. lꝫ videať per
plexa. ꝛ reiiciať detracto velut facta ꝯ̃ formã iuris. ꝛ iõ valebit
legatū vſuſfructus ꝛ ẽt act⁹ ac ſi nulla detractio eẽt facta. ꝛ ita
eodẽ modo vꝫ dicẽdū in ꝓpoſito qꝺ valere debeat inſtõ ꝑinde
ac ſi nulla ꝓhibitio eẽt facta ex q̃ ꝓhibitio eſt ꝯ̃ formã iuris. ar.
preallegatorū iurū. ꝛ. ff. de leg. 1. l. nemo põt. Jtẽ nõ ob. rõ quã
facit per. l. pe. de neceſſariis ſeruis: qꝛ qñ ꝙs inſtituit ſeruū ꝓpriū
qꝺ intelligať tacite data libertas. illud eſt ex ꝓ̃ſumpta mẽte te
ſtantis a lege: vt ptꝫ in. d. l. pe. iõ mirū ſi cõſtet de expreſſa vo
lũtate teſtãtis ꝙ voluit ipſum h̃re libertatẽ ſi tũc illã non hꝫ: qꝛ
in incertis nõ certis locus eſt cõiecture. l. cõtinuus. §. cū ita. de
ver. ob. Sed in caſu noſtro inſtitutus ex re certa non hꝫ totū ex
ꝓ̃ſumpta mẽte teſtãtis immediate: qꝛ poti⁹ ꝓ̃ſumi põt oppoſitū
cū aſſignando vnã rẽ videať de reliquis ꝓhibere. l. maritus. C.
de ꝓcu. cū ſimilibus. Sed cõtinet illud qꝺ habeat totū ex diſpo
ſitione iuris. ex eo qꝛ nõ põt ꝙs decedere ꝓ parte teſtatus ꝛ pro
pte inteſtatus. q̃ rõ eſt vniformis ẽt ſi teſtator ꝓhibeat ipꝫ plus
petere. ꝛ iõ vꝫ ꝙ vniformiter habeat locū. l. diſpõ. ar. l. illud. ad
l. aquil. ꝛ ſic ptꝫ qꝺ. d. l. pe. nõ habeat obſtare. Ad. §. ſi duo fa
tis eſt r̃ſum ſuperius ꝛ ſimiliter ad gloſ. l. vñs ꝛ a. l. l. pe. de in
iuſto teſta. ꝛ ſic ptꝫ rationes Bar. neceſſario nõ cõcludere. Jtẽ
aduerte qꝛ opi. Saly. lꝫ prima facie appareat coloꝛata ꝛ equa tñ
vꝫ eſſe ꝯ̃ caſum. d. l. ſi ita ꝙs heres inſtituať excepto fundo. nã
ſm eū in caſu. d. l. deberet inſtitutus habere totū. ſed reſtituere
fundū veniẽtibus ab inteſtato. cuius ꝯ̃triū vꝫ ꝓbari in. d. l. con
iuncta gloſ. nã ibi dr qꝺ in dicto caſu perinde eſt ac ſi ſine dicta
inſtõne fuiſſet inſtitutus. Sꝫ ſi fuiſſet inſtitut⁹ ſimpl̃r ſine dicta
exceptione clarū eſſet qꝺ haberet totū in effectu. nec aliqd reſti
tueret. Ergo eodẽ mõ ꝛ i caſu ꝓ̃dicto nihil reſtituet ex mẽte. d.
l. ꝛ ꝓ hoc etiã faciat qꝛ tacitū ꝛ expreſſum eq̃parant ꝑ. l. cum ꝙs. ſi
cer. pe. Sicut ergo qñ tacite ꝓhibeť plus petere. vt qñ inſtituiť
in re certa ar. d. l. maritus. de ꝓcur. hꝫ totū cū effectu ꝛ fingiť in
ſtitutus detracta fundi mẽtione: vt in hoc. §. ergo eodẽ mõ qñ
expreſſe ꝓhibeť vltra nõ petere. facit qꝺ notauit gl. in. d. l. ſi ita
ꝙs. §. ea lege. in verbo ea re. dum allegauit iſtum. §. ſi ex fundo
vbi glo. vꝫ eq̃parare caſuꝫ illius legis caſui huius. §. ſi ex fundo
ꝛ iſtam partē puto de iure veriorẽ ꝑ. d. l. ſi ita ꝙs. ꝛ ſic pꝫ mihi
de iure opi. iſta ꝑ rõnes ꝛ iura ꝓ ipſa allegata ꝛ ꝑ ea q̃ habẽtur
in. d. l. ſi ita ꝙs. Nec obſt. ꝓ̃dictis. l. peto. quã allegauit Saly. qꝛ
illa loquiť qñ precedit inſtitutio ſup toto. ꝛ poſtea iubeť quis
eſſe ꝯ̃tẽtus certa re ꝓ ſua portione. quo caſu bñ fateor qꝺ vide
biť rogatus de reſtituẽdo reſiduū veniẽtibus ab inteſtato. q̃ꝛ
fauore vꝫ tũc fieri dicta diſpoſitio ꝑ quã iubeť eſſe contẽtus cer
ta re ꝓ ſua portione. nec aliqd tũc repugnet. ſed hic loquiť qñ
a principio nõ eſt ſup toto teſtatus ſed ſuper parte. ꝛ adiecit exce
ptione vel ꝓhibitionẽ q̃ eſt ꝯ̃tra formã iuris. ideo tũc reiciť illa
exceptio vel ꝓhibitio. ꝛ habeť perinde ac ſi ſimpliciter eſſet in
ſtitutus per id qꝺ hr in. d. l. ſi ita ꝙs. ꝛ in hoc. §. ꝛ in. d. l. per ſer
uū. §. 1. ꝛ in. l. 1. §. 1. ſi vſuſfru. pet. ꝛ in. d. l. 1. de adi. leg. ꝛ in hoc. §.
ꝛ in. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Et ꝓ iſta reſponſione facit qꝺ idẽ
Saly. no. in. d. l. quoties. nam ibi dicit qꝺ ſi inſtituo titium in ſe
miſſe ꝛ ſeium in alia ſemiſſe ꝛ grauo ſeium vt ſit cõtentus ꝓ ſua
portione habere certã rem quod hoc caſu vterqꝫ erit heres vni
uerſalis ꝓ dimidia. ſed ſeius cogeť reſtituere partẽ ſuã cohere
di ꝑ. d. l. peto. de leg. 2. Nec ob. d. l. quoties. cõmunicata gl. C. eo.
ſm eũ: qꝛ loquiť qñ a principio aliqui ſunt iuſſi eſſe cõtẽti certis
reb⁹. nec ꝓ̃cedit alia inſtõ de eis. hic ſec⁹. ꝛ ſic ptꝫ qꝺ lõga eſt dif
ferẽtia an a principio precedet diſpõ ſup toto. ꝛ poſtea iubeatur
eſſe contẽtus certa re quo caſu ꝓprie loquiť. l. peto. Aliud qñ a
principio inſtõ ſit in certa re vel quota. ꝛ ꝓhibeť pl⁹ nõ petere.
ꝛ ſic vꝫ ex ꝓ̃dictis qꝺ opi. Dy. ſit verior. nec ob. dicte opi. l. ſi ita ꝙs
heres inſtituať ſi legitim⁹. ff. e. tit. qꝛ ibi voluit ex toto decedere
inteſtat⁹ ſi legitimi veniẽtes ab inteſtato velit hereditatẽ: qꝺ iu
ri nõ repugnat. Sꝫ hic voluit decedere ꝓ parte teſtat⁹ ꝛ ꝓ par
69 te inteſtat⁹. qꝺ iuri repugnat. vt in regula iur. nr̃m. † Et ex ꝓ̃di
ctis potes cõcludere ſi q̃riť an teſtator poſſit ꝓhibere ius accre
ſcẽdi qꝛ aut q̃riť in legatis vel fideicõmiſſis: ꝛ tũc clarū qꝺ ſic.
cū nõ poſſit deuenire ad incõuenientẽs vt ꝙs decedat pro pte teſta
tus ꝛ ꝓ pte inteſtat⁹. ꝛ ſic loquiť glo. que reputať ſingularis in
l. dñs. ff. de vſufruc. facit qꝺ no. i. l. luci⁹. §. q̃ habebat. ff. ad treb.
ꝛ qꝺ dixi de fideicõmiſſis. intellige particularib⁹. An aũt i vni
uerſalib⁹ indiſtincte ꝓcedat recurre ad ea q̃ dixi circa opi. Bal.
Aut q̃riť in inſtitutiõib⁹ directis: ꝛ tũc aut q̃riť in milite. ꝛ dic
qꝺ ſic: qꝛ ille põt decedere ꝓ parte teſtat⁹ ꝛ ꝓ parte inteſtat⁹. l.
ſꝫ ſi plures. §. ſubſtitutos. ff. de vul. ꝛ pupil. ꝛ. l. vi. ff. de teſta. mili.
Aut q̃riť in pagano: ꝛ tũc aut q̃riť in filio vel alio cui debeať le
gitima inſtitutio in re certa q̃ nõ valet legitimã ꝛ ꝓhibita plus
nõ petere. ꝛ tũc clarū qꝺ ꝓhibitio nõ tenet vſqꝫ ad legitimã qꝛ
reiiciť tãq̃ grauamẽ ipſi⁹ legitime. per. l. qm̃ in prioꝛib⁹. ꝛ. l. om
nimodo. C. de inoffi. teſta. ꝛ per id qꝺ habeť in. §. ceterū. in auť.
vt cū de app. cognoſciť. Aut q̃rimus in extraneo vel in filio in
ſtituto in legitima vel in re valẽte legitimã vel vltra: ꝛ tunc aut
ali⁹ eſt inſtitut⁹ cui⁹ fauoꝛe ꝓ̃ſumi põt facta ꝓhibitionẽ: ꝛ tũc ſꝫ
Bar. ꝛ oẽs nõ opabať dicta ꝓhibitio deficiẽte alio iſtituto vł
repudiãte: qꝛ ceſſat tũc cã ꝓhibitiõis. ꝛ ſic ceſſare dꝫ effect⁹. l. qꝺ
dictū. ff. de pac. ꝛ in. c. cū ceſſante. extra de appellatio. Et qꝛ de
bet intelligi facta reb⁹ ſic ſe habẽtibus. l. paulo callimacho. §. ſi.
de leg. iij. ꝛ. l. qꝺ ſeruus. de condictio. ob cauſam. Aut nõ appa
ret alius inſtitutus cuius contẽplatione preſumi poſſit factã di
ctã ꝓhibitionẽ. ꝛ hoc caſu fuerũt quinqꝫ opi. vna fuit Dy. qꝺ nõ
teneat ꝓhibitio. ꝛ iſtitut⁹ habeat totū. Scḋa Bar. qꝺ teſtm̄ nõ
valeat. ꝛ veniãt veniẽtes ab inteſtato. Tertia Bal. in. d. l. vnic.
C. qñ nõ petẽ. partes. in. ix. q. vt diſtinguať an inſtitutio trahať
ad vniuerſum ex iuris fictiõe. vt cõtingit in inſtituto ex re certa
q̃ fingiť inſtitut⁹ in totū. detracta fundi mẽtione. vt in hoc. §. ꝛ
tũc teneat ꝓhibitio ꝛ reducať res ad cãꝫ inteſtati. ꝛ ꝓcedat tũc
opi. Bar. ꝑ. §. ſi duo. Aut iſtitutio trahať ad vniuerſuꝫ ex iuris
neceſſitate. vt ꝯ̃tingit inſtituto ex quota. puta ex dimidia vel ter
tia ꝛ tũc nõ teneat ꝓhibitio ꝛ ꝓcedat opi. Dy. Quarta fuit An
ge. i. l. pe. de iniuſto teſt. vt diſtinguať an cã teſtati ſit potẽtior ꝙ̃
cã inteſtati an ecõtra. Et diceť ſꝫ eũ potẽtior qñ ẽ vniuerſalioꝛ
vel eque vlis. ꝛ ſi eſt potẽtior tũc trahet ad ſe cãm inteſtati ꝛ va
lebit teſtm̄. alr̃ erit ecõtra qꝛ cã inteſtati ſi ſit potẽtior trahet ad
ſe cãm teſtati. ꝛ nõ valebit teſtm̄. Quinta fuit Sal. q̃ dixit teſtm̄
valere ꝛ etiã ꝓhibitionẽ quo ad effectū. lꝫ de mero rigore ꝓhibi
tio nõ valeat. ꝛ ideo dixit qꝺ iſtitut⁹ habebit totū ſꝫ tenebiť re
ſiduū in quo eſt facta ꝓhibitio reſtituere veniẽtib⁹ ab inteſtato.
Sꝫ vt dixi ſupra pl⁹ pꝫ opi. Dy. ꝑ ea q̃ ſupius dixi. Et nõ ob.
70 dicte opi. cõſiderãdo Ang. qꝛ illa iure nõ ꝓbať ꝛ † qꝛ dicere poſ
ſū qꝺ ſemꝑ cã teſtati reputeť potẽtior ex eo qꝛ magis fauorizať
a iure. ꝛ in dubio pro illa potius debem⁹ iudicare ꝑ. l. ſi pars. de
inoffi. teſt. Et ſic nõ debet attẽdi an ſit vniuerſalioꝛ an nõ ꝙ̃ cã
inteſtati: qꝛ ſemꝑ ſtat regula dicte. l. ſi pars. ꝛ ideo vꝫ qꝺ facta cõ
ſideratio nõ ſit bona. Sed iuxta predicta vltimo põt eſſe dubiū
de vno caſu quẽ poſuit Bart. in. d. §. ſi duo. in fi. puta ſi teſtator
inſtituit ventrẽ vxoris ſi naſceť vniuerſalẽ heredẽ. ꝛ i caſu quo
nõ naſcať nihil dixit. ꝛ inſtituit titiū in re certa ꝛ ꝓhibit⁹ plus
nõ petere. an titius poterit h̃re totū ſi non naſcať venter. an ve
ro veniẽt veniẽtes ab inteſtato. ꝛ dixit ipſe qꝺ veniẽt veniẽtes ab
inteſtato: qꝛ eoꝝ fauore vꝫ facta ꝓhibitio ex quo nõ erat inſtitu
tus heres alius in oẽm euentū. Sed forte de iure põt dici oppo
ſitū: qꝛ cū ſumus dubij de mẽte teſtãtis an voluerit ꝓhibitionẽ
facere ſolū ꝓpter ventrẽ. an vero ꝓpter veniẽtes ab inteſtato. ꝛ
lꝫ videať qꝺ indiſtincte fecerit. ꝛ ſic fauore vtriuſqꝫ facta in caſu
ſuo tñ ex quo aliter nõ ſum⁹ certi de volũtate teſtatis videť qꝺ
debeam⁹ ꝓ̃ſumere qꝺ ſolū fecerit fauore vẽtris. ꝛ ſic in dubio fa
ueam⁹ teſtõ ꝛ ꝓ̃ſumam⁹ poti⁹ ꝓ illo intellectu per quẽ teſtamẽ
tū magis cõſeruať. ar. dicte. l. ſi pars. de inoffi. teſt. ꝛ ſic ẽt ſi opi.
ſua eſſet vera qꝺ teſtator poſſit ꝓhibere ius accreſcẽdi. tñ deciſio
ſua nõ vꝫ vera in dicto caſu. Tenendo aũt opi. Dy. eſt clarū qꝺ
ꝓhibitio ꝓ̃dicta reiiceret. ꝛ ſic nõ nato poſthumo haberet totū.
71 † Et a. d. his q̃ dixi de verbo relinquo: qꝛ idẽ vꝫ de verbo aſſigno.
nã ꝛ illud etiã vꝫ cõe: qꝛ põt intelli gi iure inſtitutionis ꝛ etiã iu
re legati. ꝛ ideo eſt trahibile ad inſtõnẽ eo caſu quo ꝛ verbū reli
quo. ꝛ ꝓ hoc do glo. quã reputo ſingularẽ in. l. quoties. C. fami.
her. Tãgit vltio i. d. §. ſi duo. Bar. ꝛ Sal. in. d. l. quoties. ſi teſta
tor inſtituit vniuerſaliter vnū quẽ putabat viuere. ꝛ titiū i re cer
ta an ſi mortu⁹ ſit tpe teſtamẽti vniuerſaliter inſtitut⁹ habebit
inſtitutus in re certa totū vꝫ qꝺ nõ: qꝛ inſpecta opi. teſtantis ha
beať loco legata. facit. l. quo loco. §. 1. ff. e. Sꝫ cõtrariū tenẽt precedẽ
ti poſt

cti poſt Guil. de cu. in l. ſeruo manumiſſo. de cōdi. inde. Nec ob. opi. teſtatoris: q2 nō dʒ inſpici qñ ſm illā ſequeret̃ aliqd ꝯ iuris diſpoſitionē: vt eſſet hic q2 decederet ꝑ parte teſtatus ⁊ ꝑ parte inteſtatus: ſecus qñ non ſequeret̃ ꝯ iuris diſpoſitionē illā inſpiciendo. ⁊ ſic loquitur. l. quo loco. §. j. ⁊ hec ſufficiant loco repetitionis huius. §. j. iij. ñ. j. de menſe iulii prope finem.

Si ex fundo. Iſtū. §. alias ſolēniter ⁊ plenarie cō mētaui tractādo in eo plures articulos de quib⁹ tangeret̃ in ꝓceſſu tituli. Sʒ ꝑ mō ꝓ declaratiōe tex. ⁊ gloſſarū tractabo vnū articulū tm̄. vcʒ an indifferēter inſtitutio particularis in re certa trahat̃ ad vniuerſum patrimoniū. ⁊ p̄rimo in pagano ſcd̄o in milite. ⁊ hoc intēdit i ſumma. Inſtitutus in re certa nullo alio iſtituto ꝯſequit̃ totū ſicut ſi ſimplr̄ fuiſ-

72 ſet inſtitut⁹ nō facta mētione rei. h. d. ¶ † No. ex tex. qđ particularis inſtitutio trahit̃ ad vniuerſum patrimoniū qñ null⁹ alius eſt inſtitutus. ⁊ ad h̄ ſepe allegat̃. ⁊ ratio eſt: q2 nō pōt qs decedere ꝑ parte teſtatus ⁊ pro p̄te inteſtatus l. ius noſtrū. ff. de re. iur. ideo ne ſequatur dictū inconueniens dicta inſtitutio trahit̃ ad vniuerſum p̄rimoniū. ¶ In gl. in verbo ſol⁹ ibi vniuerſalē id eſt vniuerſaliter inſtitutū. ⁊ idē ſi ex quota vel ſimplr̄ ꝑ id qđ habet̃ in l. quoties. C. e. Et intellige in quota hereditatis. nam quota bonorū cenſet̃ eſſe particularis inſtitutio. ꝑ id qđ legit̃ ⁊ no. in. l. nō amplius. §. j. ff. de lega. j. ⁊ in. l. ſi quis ſeruū. §. fi. cū. l. ſequē. ti. ff. de leg. ij. ⁊ ex p̄dictis pʒ qđ dū gl. dicit ſec⁹ ſi hʒ coheredē. dʒ intelligi. ſ. diuerſe forme puta vniuerſalē vel ex q̄ta vel ſimplr̄ vt pʒ in. l. quoties allegata in gl. ſec⁹ ſi eſſet coheres eiuſdē ſpeciei vt q2 haberet coheredē ēt in re certa. nā tūc etiā haberet locum diſpō huius. §. vt patet in. l. quoties. §. ſi duo. ⁊ in. l. ſi alteri⁹. cū. l. ſequē. ⁊ l. ex facto. ff. e. Itē intellige glo. ſm Ang. in d. l. quoties. qñ hʒ coheredem vniuerſalē in eodē teſtamēto. ſec⁹ ſm eū ſi in diuerſo teſtō. l. ſi qs priore. ff. ad treb. ⁊ inſti. qui. mod.

73 teſt. infir. §. j. ⁊ bñ dicit Ang. i ſt. tñ improprie eſt locut⁹: q2 † coheredes ꝓprie ſunt qui in eodē teſtamēto ſunt dati. vñ meli⁹ dixiſſet ſecus ſi heres vniuerſalis ſit ſcript⁹ in vno teſtō ⁊ poſtea alius ſcribat̃ heres ex re certa in alio teſtamento: q2 tūc hʒ locū iſte. §. ⁊ rūpitur p̄mū teſtamentū per ſecundū: vt pʒ in iurib⁹ preallegatis. Itē intellige glo. qñ habuit coheredē vniuerſalē qui adiuit. ſecus ſi repudiauit: q2 tūc inſtitutus in re certa habebit totū ſʒ cōmunē opi. per ius accreſcēdi de quo plene. ff. dicet̃. ¶ In ea. glo. in fi. no. diligenter hanc gl. relatā ad tex. ⁊ id qđ ſ. dixi. nā videt̃ velle qđ lʒ inſtitutio in re certa facta a pagano alio vniuerſaliter vel ex quota aut ſimpliciter inſtituto trahat̃

74 ad vniuerſuʒ patrimoniū. tñ ſec⁹ ſi ſit in milite: q2 † inſtitutio facta ab eo in re certa nō trahit̃ ad vniuerſuʒ patrimoniū in caſu p̄dicto. ⁊ rō eſſe pōt q̄ tāgit̃ in tex. in. l. q̄nta. allegata in gl. q2 miles pōt decedere ꝑ p̄te teſtat⁹ ⁊ ꝑ p̄te inteſtat⁹ ex p̄uilegio militari. ſecus in pagano. l. ius nr̄m. ff. de reg. iur. Et ſm hoc habes vnū intellectū ad dictā. l. quintā. vcʒ qđ inſtitutio in re certa facta a milite in dubio nō trahit̃ ad vniuerſuʒ. Sʒ talis intellect⁹ ibi ponit̃ in gl. ⁊ in. l. ij. C. de teſt. mili. vcʒ qđ ita demū i reſiduo decedat inteſtat⁹ ſi ꝓbet̃ talē eſſe militis voluntatē. al's trahet̃ ad vniuerſum patrimoniū in dubio in milite ſicut in pagano. ꝑ l. ſi certarū. ff. de teſt. mili. ⁊ hec eſt opi. cōis gl. ⁊ doc. de qua ⁊ an

75 indiſtīcte ꝓcedat iſti⁹ dicet̃. † Uñ ꝓ declaratiōe tex. ⁊ gl. vidēdū eſt an inſtō particularis trahat̃ indifferēter ad vniuerſuʒ patrimoniū ⁊ primo in pagano. ſcd̄o i milite. Primo caſu qñ inſtitutio p̄ticularis ſc3 eſt a pagano. ꝯcludit hic Ang. qđ regulariter trahit̃ talis inſtō ad vniuerſuʒ p̄rimoniū. Fallit ſm eū i quatuor ſeu q̄nqʒ fallētijs ſeu caſib⁹. nā p̄mo fallit ſm eū ſi ꝓhibitū fuit ius accreſcēdi expſſe ꝑ teſtatorē: vt q2 dictū fuit qđ pl⁹ petere nō poſſit ꝑ id qđ habet̃ i. l. quoties. §. ſi duo. ff. e. ti. vbi plene ꝑ Bar. ⁊ ibi plene de hoc dicet̃. de quo ēt tāgit̃ ꝑ Ang. in. l. pe. ff. ti. ij. ſcd̄o fallit ſm Bar. ſi tacite ſit ꝓhibitū ius accreſcēdi ꝑ dationē ſubſtituti vulgaris ſiue ſit vtiliter ſiue inutiliter dat⁹ ꝑ. l. pe. ff. ti. ij. Sed hec fallētia nō placet Ang. vt no. ꝑ eū in. d. l. pe. Nec ob. illa. l. q2 alia eſt rō illi⁹ legis. vt ipſe ibi tangit de quo ēt tanget̃ in. d. l. quoties. §. ſi duo. Poteſ tñ pro mō dicere qđ licet Ang. hic adaptet iſtā fallentiā ad caſum hui⁹. §. tñ ꝓprie nō v̄r cadere hic: q2 in. d. l. pe. nō fuit facta inſtō in re certa ſed i quota. Et dat⁹ fuit ſubſtitut⁹ vulgaris: q̄ caſu q2 ſubſtō vulgaris ibi fuit inutilis ꝓpter p̄teritionē filij ſeu poſthumi q̄ rūpit gradum ſubſtitutiōis vt ſibi locū faciat. l. nā ⁊ ſi. §. rūpēdo. ff. e. ti. ij. iō nō hʒ locū ius accreſcēdi reſpectu alterius coheredis. ſecus vbi ſubſtō redderet̃ inutilis ex alia cā: q2 illa nō ꝓhibet ius accreſcēdi per l. q̄dā i teſtō. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ ꝑ. l. ij. §. ſi duo. ff. de ſcđʒ tab. ⁊ voluit et Bar. i. d. l. pe. ⁊ ſm p̄dicta dʒ itelligi ei⁹ dcm̄. Sʒ vbi vn⁹ primo eēt inſtitut⁹ i re certa puta in fundo ali⁹ i domo: ⁊ dat⁹ eēt ſubſtitut⁹ inſtituto i fundo ſi inſtitut⁹ in fundo repudiaret ſuccedere v̄r ſubſtitut⁹ loco ei⁹. ⁊ ſic v̄r qđ tūc ſubſtitut⁹ ⁊ inſtitut⁹ in domo haberent̃ ꝓ vſiter inſtitutis. Et ſi hoc caſu qñ eſt facta ſubſtō p̄dicta redderet̃ ſubſtō inutilis forte q2 ſubſtitut⁹ repudiaret ex alia cā q̄ p̄teritiōis: forte q2 decederet ſubſtitutus an repudiationē inſtituti i fundo tūc ipedit̃ iſtitut⁹ i domo hr̄e totū. ſec⁹ ſi ex cā p̄teritiōis ſubſtō redderet̃ inutilis ꝑ ea q̄ habet̃ in. d. l. pe. Tertio fallit ſm Ang. ſi inſtitut⁹ in re certa habeat coheredē inſtitutū vl'iter ex quota aut ſimplr̄. vñ non trahit̃ inſtō p̄ticularis ad totū p̄rimoniū: vt ꝓbat̃ in. l. quoties. C. eo. ⁊ hic a ꝯrio ſenſu. Qđ limita ⁊ intellige ſʒ eū niſi repudiante aut aliter excluſo illo q̄ in vniuerſo vel ex quota aut ſimplr̄ erat inſtitutus quo caſu a. d. totū vocabitur per ius accreſcēdi ſcđʒ vnā opi. quā Ang. hic dicit eſſe verā ⁊ que v̄r eſſe cōis. de qua. l. l. quoties. C. eo. ti. vbi hoc tʒ Guil. de cu. Cy. ⁊ Bar. ⁊ idem etiā ibi Ang. ⁊ idē Bar. i. l. ex facto. el grādē. ff. e. Alij tñ vt Mich. de martha. ⁊ marti. ſill. ⁊ Jac. Bu. tenuerūt oppoſitū. ſ. qđ ēt inſtituto vl'i repudiāte nō vocet̃ ad totū ꝑ ius accreſcēdi inſtitut⁹ in re certa.

76 † Mouētur p̄dicti q2 inter ſuccedētes iure diuerſo nō hʒ locum ius accreſcēdi ꝑ id qđ legit̃ ⁊ no. in. l. ſʒ cū patrono. ff. de bo. poſ. ⁊ facit qđ no. ꝑ doc. in. l. j. C. qū nō petē. ꝑtes. ⁊ iō cū inſtitut⁹ in re certa loco legatarij ſit habēd⁹ alio vl'iter inſtituto. l. quoties. C. eo. ⁊ ſic diuerſo iure ſuccedat: tūc inſtitutus ex re certa ⁊ inſtitutus vl'is nō dʒ hr̄e locum ius accreſcēdi inter eos. ſicut nec hʒ locū inter legatariū ⁊ heredē. l. cam quam. C. de fideicō. ⁊ l. ſi nemo. ff. de reg. iur. Et ꝑ hoc faciat q2 inter legatariū ⁊ heredē nulla eſt cōiunctio. ⁊ ꝑ ꝯñs non dʒ hr̄e locū ius accreſcendi. qđ cauſat̃ ab al qua coniunctione vt legitur ⁊ no. in. l. re cōiuncti. ff. de leg. iij. Et ꝑ iſta parte etiā facit q2 nō v̄r bene iure cautū qđ inſtitut⁹ ex re certa h̄ caſu habeat ius accreſcēdi. ergo nō eſt nr̄m hoc inducere q2 erubeſcim⁹ cū ſine lege loqmur. l. illā. C. de colla. ⁊ ij. q. v. c. cōſuluiſti. Nec v̄r obſtare iſte tex. q2 loquit̃ qñ null⁹ alius eēt inſtitut⁹ vt pʒ ex l'a. ⁊ ſic a ꝯrio ſenſu v̄r ſecus qñ ali⁹ eſt iſtitut⁹ ar. l. j. §. hui⁹ rei. ff. de offi. ei⁹ cui mā. eſt iuriſdi. ⁊ ſic poti⁹ v̄r facere opi. Micho. de matha. ⁊ ſequaciū. ⁊ ꝑ dicta opinio-

77 ne ēt facit: q2 † qñ alius a p̄cipio eſt dat⁹ coheres vl'is teſtator v̄r a principio voluiſſe hūc particulariter inſtitutū hr̄i loco legatarij. ⁊ iō lʒ deficiat heres vl'is nihilomin⁹ heres particularis v̄r cēſend⁹ eſſe legatari⁹ ꝑ id qđ habet̃ in ſimili in. l. quo loco. §. j. ff. e. q̄ ratio ceſſat qñ a p̄cipio nō eſt dat⁹ coheres: vt pʒ ex iſto. §. iūcta. l. quoties. C. e. ⁊ iō cum diuerſa videat̃ eē rō inter caſum qñ a p̄cipio eſt dat⁹: ⁊ ſʒ ex poſtfacto deficiat ꝑ repudiationē vel per mortē vl'is inſtituti v̄r qđ tūc nō habeat locū ius accreſcēdi ⁊ iſta partē tenebat de iure dñs Fr. de rāpo. dicēs eſſe verā de iure lʒ cōtraria opi. ſit cōis. Sed Ang. hic tʒ primā opi. ex eo q2 vt dixi inter cōiūctos debet habere locū ius accreſcēdi ſm eum: q2 ſunt heredes. ⁊ inter fratres ēt nullo mō ꝯiūctos hʒ locū ius accreſcēdi. ꝓpter vitādū incōueniēs ne decedat ꝑ p̄te teſtatus ⁊ pro p̄te inteſtatus. l. j. §. ſed ita. ⁊ §. ſinaūt. C. de cad. tol. no. gl. i. l. ſi ſeruus cois ab extero. ff. de acq. here. ⁊ alr̄ nō r̄ñdet ad al's rōnes factas ſuperius in ꝯriū. Et intelligit hoc eſſe verū qñ null⁹ inſtitutus ex vniuerſo vel ex quota eſt hr̄s. alias illi ſoli accreſceret excluſo inſtituto ex re certa ſm Guil. de cu. i. d. l. q̄ties. vbi pl⁹ dixit qđ ſi teſtō2 credebat errādo inſtitutū ex vniuerſo viuere q̄ deceſſerat qđ iſtitut⁹ i fundo babebit totū ex q̄ iſtitutio vl'is nō hʒ effectū. ar. l. ſeruo manumiſſo. cū ibi no. ff. de ꝯdi. inde. Sʒ aduerte q2 ꝑ dicta Ang. nō eſt r̄ſſum oib⁹ rōnibus ſupra in ꝯriū factis lʒ aliqbus. nā bñ pōt dici eſſe r̄ſſum illi rōni qđ inter ſuccedētes iure diuerſo nō eſt locus iuri accreſcēdi q2 ſatis poſſunt dici ſuccedere eodē iure p̄dicto. ex quo vterqʒ iure hr̄ditario ſeu vt heres ſuccedat lʒ vnus i re certa alter ex vniuerſo. Itē ꝑ p̄dicta etiā ſatis eſt r̄ſſum alteri rationi dñi dī qđ inter heredē ⁊ legatariū no eſt cōiūctio: q2 de hoc no eſt curādū qđ nulla ſit cōiūctio quo ad ius accreſcēdi: q2 agit̃ de hereditate iter heredes inſtitutos. nā ēt inter hr̄des nullo mō ꝯiunctos hʒ locū ius accreſcēdi: vt eſt gl. notabilis i. d. l. ſi ſeru⁹ ab extero. ff. de acq. here. Itē nō obſtat illa rō dñi dī qđ nō reperit̃ iure cautū expſſe: reperit̃ tñ tacite: cū paria videant̃ eē coheredē nō eſſe datū a p̄cipio vel eē datū ſʒ poſtea deficere ꝑ ea q̄ hr̄r i. l. res aliena. §. ad treb. ⁊ l. neqʒ. §. fi. ff. de teſta. milit. ⁊ l. ij qs ſub coditione. ff. de teſta. tute. Itē nō obſtat alia rō ſumit̃ hic ar. a cōtrario ſenſu qñ reſultaret prauus vel abſonus intellect⁹ iuri. l. ij. ⁊ ibi not. C. de ꝯdi. inſer. ꝓut cōtingeret in caſu ꝓpoſito. nā ſatis videret̃ de mente iuris eē qđ idē iuris ſit qñ ex poſtfacto deficit ipe heres vniuerſalis ſicut qñ a principio deficeret cū tunc etiā videat̃ eſſe eadē ratio. ⁊ ꝑ cōſequens eadē iuris diſpoſitio ar. l. illud. cum ſi. ff. ad l. aqui. ⁊ facit qđ legit̃ ⁊ no. in. l. ſcio queſitū. ff. de teſta. ⁊ in. l. de precio. de publicia. ¶ Itē nō ob. vltima rō q̄ fit per. l. quo loco.

78 §. j. ff. eo. q2 poteſ reſpōdere qđ † qñ inſtituit̃ qs in re certa ⁊ dat̃ ſibi coheres vl'is qđ tūc inſtitutus ex re certa habeat̃ loco legatarij. hoc procedit ex legis diſpoſitione. q̄ expreſſe hoc dicit in. l. quoties. C. eo. no aūt ꝓcedit illud ex diſpoſitione teſtatoris q2 hoc nō dixit. ⁊ ideo cū lex velit qđ vbi eſt datus coheres vniuerſalis inſtitutus ex re certa trahat̃ ad totū idē cēſendū eſt ius voluiſſe ſi datus ſit coheres vl'is ⁊ talis datio nō hʒ effectū: cū tūc ſit eadē rō vcʒ ne qs decedat ꝑ parte teſtatus ⁊ ꝑ p̄te inteſtat⁹ ⁊ q2 paria vident̃ eſſe in iure a principio non eſſe datū coheredē

vniuerſalē vel datū.ſed poſtea deficere p ea que habent̄ in ſiſi.
in.d.l.ſi res aliena.§.fi.cū ſi.ſ.allegat.s.le.d in.l.quo loco.§.i.l3
reperiat̄ mortuus ille qui erat inſtitutus in quadrāte nō tollit̄
quo minꝰ teſtator ex ſua diſpoſitiōe trāſiuerit ad diſpōdm hoc
eſt ad ſcōm aſſe3 ex quo inſtituit vnū in quadrāte ⁊ poſtea aliū
in dodrāte ⁊ demū tertiā ſimpliciter:nā ſiue viuat ſiue moriat̄
inſtitutus in quadrāte ſiue ſit mortuus apparet teſtatorē volu
iſſe trāſire ad diſpōdiū:qꝛ inſtituit tertium poſt diſtributū totū
aſſem ⁊ ſic vr̄ voluiſſe in aliu3 aſſem inſtituere tertiū.⁊ illa eſt ra
tio illius tex.Et p hoc p3 qd ibi quo ad aliū effectū loquitur ⁊
ideo nō h3 obſtare.Bal.tñ in.d.l.quoties.C.eo.dixit cōcordā
do opi.qd ſi inſtitutus eſt extraneus in re certa nō habeat tūc
locū ius accreſcendi repudiāte vniuerſali inſtituto:⁊ tūc ſit ve
ra opi.Jac.But.⁊ ſequaciū.Si vero fuiſſet inſtitutus filꝰ in
re certa tunc habeat locum alia opi.put ēt marti.ſilly.⁊ ſit rō
79 ſm eū:qꝛ † inſtō facta de filio reducit̄ ad ius vniuerſale qꝛ ad q̄
tā hoc eſt ad tertiā quā d3 habere p ſua legitima in auꝭ nouiſ
ſima.C.de inoffi.teſta.que ratio ceſſat in extraneo.⁊ ideo ſecus
ſcōm eū quē ſequit̄ Bar.⁊ ſi dicatur qd inſtitutio filij reducit̄
ad quotā bonorū non ad quotā hr̄ditatis.cū legitima debeat̄
deducto ere alieno.l.papi.§.un.de inoffi.teſt.⁊ drīa eſt iter quo
tā bonorū ⁊ quotā hr̄ditatis:vt colligit̄ ex his q̄ habentur in
l.nō ampliꝰ.§.i.ſ.de leg.i.⁊ l.ſi quis ſeruum.§.fi.cū.l.ſeq.de le
ga.ij.que quota bonorū equiparat̄ particulari relicto:vt p3 ex
no.in iuribꝰ pallegatis.⁊ ſic videt̄ p dictā rationē qd nō pce
dit opi.marti.de ſilly.quā reprobāt Ja.But.⁊ Bar.per ratio
nē pallegatā.Dicit Bal.qd h nō obſtāte nihilominꝰ vr̄ poſ
80 ſe ſuſtineri opi.mar.ſilly.† qꝛ facilius d3 habere locū ius accre
ſcēdi in filio q̄ in extraneo cū inſtitutio filij ſaltē reducatur ad
quotā:vt eſt dictū licet nō ſit quota hr̄ditatis ſed bonorū ⁊ ſe
cus ſit in extraneo.⁊ ſic magis aſſimilat̄ inſtitutio filij in re cer
ta inſtitutioni vniuerſali q̄ inſtitutio extranei.ideo facilius in
filio h3 locū ius accreſcēdi qꝛ in habētibus ſymbolum hoc eſt
cōſcientie vt voluit Fred. in loco p̄calle. ⁊ facit q no. Inno. ex
tra de conſti. q̄ in eccleſiarū. ⁊ in. c. q2 pleriq3. de imu. eccle. Nec
ob. p̄dictis ſi dicat̄ qḋ q̄n nō ꝯficit̄ inuētariū lex p̄ſumit heredē
ſubtraxiſſe bona hereditaria q̄ potuiſſent ſufficere ad ſatiſfac. c̄
dū. vt in. §. ſancim⁹. in auſ. de here. ⁊ fal. coll. i. ⁊ ideo l3 in foro
ꝯtētioſo tenet̄ vltra vires. q2 talis forus innitit̄ p̄ſumptioni: tñ
ſec⁹ d2 in foro cōſcientie q̄ innitit̄ veritati. vt in c. inquiſitioni. vt
in. c. a nobis. extra de ſen. exco. nō pōt r̄nderi qḋ tex. in. d. §. ſan
cimus. dicit ſi vult vti bñficio legis d3 cōficere inuētariū q2 ſi nō
ꝯficeret ⁊ forte aliquas res ſubtraheret p̄pter q̄s nō bñ poſſet
ſatis fieri iō tunc lex nō ſibi ſubuenit. pōderandū eſt eñ qḋ nō
ſimplr̄ p̄ſumit eū ſubtraxiſſe ſ3 dicit q pōt eſſe qḋ forte ſubtra
xit. ⁊ ſic vr̄ reſpicere accidētiā facti ⁊ velle qḋ idē ſit etiā ſi forte
nihil ſubtraxerit ex quo illa dictio forte reſpicit factum ſeu facti
accidētiā ⁊ nō iuris diſpoſitionē. vt eſt tex. cū glo. in cle. i. extra
de appel. vbi p̄mittit appellari corā vno ex pluribus iudicibus
q2 forte alij non p̄nt haberi: nā idē erit ſi forte alij etiā haberi ex
natura illius dictiōis forte. vt ibi voluit gl. ſec⁹ q̄n reſpiceret iu
4 ris diſpoſitionē. vt in. l. ſi duo. cū ibi no. ſ. de arbi. ¶ † Et ex p̄
dictis patet qḋ iuſta fuit cā obligādi heredē nō cōficientē inuē
tariū: q2 imputet ſibi cū de facili poſſet ſibi ſuccurrere faciendo
inuētariū. vñ cū negligeret legē ex iuſta cā editā vel ad obuiā
dū fraudib⁹ q̄ fieri poſſent iuſtū fuit eū obligari. facit. l. fin. §. ſed
q2 quidē. C. de iu. deli. ſilr̄ etiā ante tp̄s inuētionis inuētarij erat
iuſta cā obligādi heredē de crimine. nā aut ſciebat vires heredi
tatis nō ſufficere ⁊ nihilominus adibat ⁊ tunc videbat̄ velle ſe
obligare ex cauſa donatiōis ar. l. i. ſ. de cōdi. inde. cū ibi no. aut
ipſe ignorabat. ⁊ tūc ſi nō diligēter p̄quirebat vires hereditatis
erat ſibi imputandū ſi cū veriſilr̄ ſcire poſſet hereditatē poſſe in ſe
habere onera multa. l. ſi hereditatē. ſ. mādati. ideo vr̄ qḋ tūc eſſet
ſibi imputandū quare ſic incōſulte adibat. Si aūt diligēter p̄er
quiſiuiſſet vires hereditatis ⁊ tūc ſibi viſum fuiſſet hr̄ditatē eſſe
ſoluendo ſed poſtea apparuit debitū improuiſum tunc bñ erat
equū hoc caſu ſibi ſuccurri. vt. l. ſi. in prin. C. de iu. deli. ⁊ ſic in h̄
caſu bene fuiſſet iuſtū ipſum nō teneri in foro ꝯſciētie ſaltē vltra
vires hereditatis. ⁊ h̄ caſu poſſe ſaluari opi. Bar. ⁊ doc. ⁊ h̄ an
te tp̄s inuētionis inuētarij ſ3 poſt tp̄s inuētionis inuentarij vr̄
oīno imputādū heredi ſi illud nō cōfecit. ⁊ tunc eſt iuſta cā eū
obligādi ar. de re. iu. l. dānū. lib. vi. ⁊ extra de reg. iu. qḋ qs. iō vr̄
q etiā in foro ꝯſciētie tūc teneat̄ vltra vires q2 conſtitutio iuris
ciuilis nō ꝯtinēs manifeſtā iniq̄tatē nec nutriēs peccatū ſeruā
ri d3 etiā in foro cōſciētie vt voluit Inn. in. d. c. q̄ in eccleſiaꝝ. ⁊
d. c. q2 pleriq3. ⁊ no. Fre. i loco p̄all. ſaluo tñ eo qḋ ſ. dixi de obli
gatiōe ex cā vſuraria vel ex delicto q2 tūc ſicut an̄ tp̄s inuētarij
nō tenebat̄ de iure canonico niſi quaten⁹ p̄uenie bat ad ip̄m he
redē ita etiā nō tenebit̄ hodie l3 nō ſit factū inuētariū q2 nō ꝯfi
ciēdo vr̄ redigi ad priora tp̄a vt vr̄ velle tex. in. d. l. ſi. §. ſ3 q2 qui
5 dā. cū. §. ſe. ¶ † Nec ob. ſi dicat̄ qḋ hodie tenet̄ ad legata inſoli
dū nō ꝯficiēs inuētariū. vt in auſ. ſ3 cū teſtator. C. ad leg. fal. ⁊ i
§. ſi vero nō fecit. in auſ. de here. ⁊ fal. ⁊ tñ olim erat ſecus. l. i. §.
is q quadringēta. ſ. ad. l. fal. ⁊ ſic vr̄ q indiſtincte multo fortius
ad alia debita debeat teneri i ſolidū ēt ſi ex delicto p̄ueniat: q2 p̄t
r̄nderi q in legato illḋ ꝯtingit q2 volūtas teſtatōris fuit obligare
heredē ad ſolidū legatū. ſec⁹ eſt in obl̄one ex delicto q2 lex cano
nica inducēs obl̄onē ꝯ heredē ſolū voluit iducere illā vſq3 ad vi
res hereditatis. vt i. c. pe. de ſepul. ⁊ ſic nūq̄ fuit ex legis volūta
te inducta ad ſolidū iō illa nō d3 obligari ad ſolidū cū habuerit
ortū ſolū ex legis diſpōne non ab hoīe. lex aūt ciuilis nullo mō
obligabat heredē ex delicto defuncti niſi aliq̄d ex ipſo delicto p
ueniret ad hr̄dē ⁊ tūc ſolū quaten⁹ p̄ueniebat vel vbi lis fuiſſet
cōteſtata cū defuncto. l. i. C. ne ex deli. defun. ⁊ p h̄ ſit expeditus
iſte articul⁹. an i foro ꝯſciētie teneat̄ heres nō faciēs inuētariū vl
tra vires hr̄ditarias de q̄ ēt tetigi ſup rubrica l3 h̄ plen⁹. ⁊ pro
bis q̄ dixi. ſ. faciēdo dr̄iam iter legata ⁊ alia debita. facit q2 ſi
bñ p̄dderet̄. d. l. ſi. in. §. ſ3 q2 q̄dā. ⁊ ſequēs. ⁊ tex. in. §. ſancim⁹. cū
ſe. ⁊. §. ſi v̄o nō fecerit. de her. ⁊ fal. q̄ ad debita vr̄ velle q nō ꝯfi
ciēs iuētariū remaneat in antiq̄ iure l3 in legatis imutet. in. §. ſi
v̄o nō fecerit. ⁊ rō diuerſitatis ēē p̄t quā ſupi⁹ tetigi. ¶ In ea.
gl. in fi. ibi fecit aliq̄d tā q̄ hrs h̄ eſt tā q̄ fili⁹ rōne ſubiecte mate
rie vt ibi plene dcm̄ fuit q2 poterat ibi facere tā q̄ fil.⁹ ēt ſi nō eēt
hrs h̄ ſec⁹. ¶ Extra gl. tāgit h̄ Bar. q̄d ſit adire ⁊ q̄d repudia
re ⁊ q̄d imiſcere ⁊ q̄d abſtinere. ſ3 ang. h̄ nitit̄ reprobare eū i quā
6 tū dt † q adire eſt potētiā nō ipeditā adeūdi p actionē volūtatē
declaratiuā ieē deducet̄. nā ſm ang. nō vr̄ bñ dixiſſe q2 oia pri⁹
ſunt i potētia q̄ i actu ⁊ act⁹ eſt exceptio potētie. ⁊ potētia eſt
cā act⁹ ⁊ iō ſi adire ē ipſa potētia ꝯ ipſa executio erit cā ſue cauſe
q eſt abſurdū ⁊ ipoſſibile ſm naturā. Itē reprobat ēt q ſm eū
ad eſſentiā aditiōis vl̄ repud. aīōis nō req̄rit̄ declaratio l3 ſolū
q̄ ad p̄bationē vt ſupi⁹ dixi poſt eū. S3 tu potes ſaluare Bart.
q2 Ang. cauillauit ꝯ bart⁹. nā nō dixit bar. q adire eēt potētia
p̄ut refert ang. l3 dixit q ē potētia adeūdi nō ipeditā deducere

in actũ declaratiuũ volũtatis ꝛ ſic aliter loquiť q̃ referat ange.
Jtẽ pōt dici qꝺ reqriť ꝺclaratio animi vt voluit hic gl.nec ẽ ve
riſimile qꝺ lex habuerit reſpectũ obligãdi heredes ad nudũ aim
in corde retẽtũ vt etiã.ſ.dixi ſup gl. Jtẽ ẽt nitiť reprobare bart.
inquãtũ in immixtione nõ facit mẽtionẽ de potẽtia qꝛ ſm eũ li
cet ſuus ſit q̃ſita hereditas ipſo iure tñ ad acq̃ſitionez incõmuta
bilẽ neceſſari⁹ ẽ anim⁹ ꝛ ꝑ ꝯñs potẽtia ſimiliter nõ ĩpedita q̃ ꝓ
cedat ĩmixtionẽ:ſ3 certe l3 ange.dicat verũ in ſe nõ ꝑ hoc ſequiť
neceſſario qꝺ nõ poſſit ſuſtineri dictũ bart.dũ dicit qꝺ ĩmiſcere
eſt hereditatẽ ꝑ ius acq̃ſitiõis acceptare ꝛ iõ ex hoc nõ meruit re
probationẽ. Jtem adde dictis bar.inquãtũ tangit an ꝑ verba
diſpõnis ſuſpẽſiua ĩducať aditio.ꝛ facit dr̃iam an qs dicat vo
lo eſſe heres vt nũc ĩducať aditio an ꝟo dicat nolo adire vt tũc
nõ inducať reqĺr ꝑ no.i.l.ſerui electiõe.ſ.de leg.i. nã ipſe idẽ nõ
videtur facere dr̃iam inter ꝓdicta duo in.l.ſi qs ſu⁹.ſ.de in.deli.
ꝛ ꝓ illa pte facit qꝛ vtrobiq3 verbũ volo reſpicit inſini.qꝛ ẽ aptũ
natũ ad futurũ ꝛ etiã ad omne tp̃s vt no.gl.i.l.v.§.ſtipulatio.ſ.
de ver.obli.An aũt ſi qs dicat nolo adire inducatur repudiatio
bar⁹.qꝺ nõ niſi ſequať lapſus anni i.l.ſi qs ſuus.ꝓalleg.moueť ꝑ
l.filiũ matris.§.i.ſ.ad tertu.Sed certe ille tex.ſi bene ponderetur
potius ꝓbat oppoſitũ qꝛ vult qꝺ ita demũ intra annũ audiať
ſi ali⁹ nõ adiuit ꝛ ſic vult apertam eſſe viã aliis ſequẽtibus i gra
du in adeũdo q3 eſſe nõ pōt niſi ille ꝓm⁹ ſit exclus⁹.l.quãdiu.ſ
ſũ.ſ.co.ꝛ iõ ibi forte poſſet dici q ibi illa verba fuerũt deliberate
ꝓlata.ideo induxerunt repudiationẽ.al᷑ as eſſet ſec⁹ de quo pla
ne conſueuit dici in.l.qui ſe patris.C.vñ libe.ꝛ in.d.l.ſi quis ſer
uus. Jtẽ adde dictis bar.qꝺ dr̃ia eſt ꝓprie loquẽdo inter adire
ꝛ pro herede gerere.vt ẽ gl in.l.ſi quis mihi bona.§.ſi qs mãda
tis.ſ.co.l3 vnũ q̃ſq3 ꝓ reliq̃ ponať facit qꝺ not.in fili in.l.cũ bo
nis.ſ.e. Jtẽ adde inquãtũ dicit qꝺ ſi qs accerſitis amicis dixit
ſitis teſtes q volo adire hereditatẽ talis vt ꝑ hoc intelligiť here
ditas adita.ꝛ hoc opereť ſolẽnitas ꝓambula adhibita in cõuo
cando amicos quaſi ꝓpter hec ĩteligaũť deliberate ꝓlata ꝟba
ꝓdicta per.l.pamphilo.§.ꝓpoſitio.ſ.de leg.iii.nã ang.dicit hoc
dictum nõ eſſe verũ qꝛ nulla vltima volũtas poteſt confici niſi
accerſitis amicis ꝛ ad hoc accerſitis q̃ñ qs teſtať vel cũ qs codi
cillať ꝛ ideo nõ videť opi.bar.bona per no.per gl.in.l.ſerui elec.
de leg.i.Nec ob.§.ꝓpoſitũ.q nõ eſt alibi ſm Dyn.qꝛ reſpõdet
qꝺ ibi ꝟbã volo legare ĩducit diſpõnẽ ꝓpter duo ſimul iuncta.
ſ.qꝛ amici fuerũt accerſiti ad act.ꝛ qꝛ ĩ mortis articulo illa ꝟba
fuerũt dicta vt ibi patet ſm eũ ꝛ eodẽ modo ſi qs eſſet in pericu
lo mortis ꝛ accerſitis amicis diceret volo adire ĩduciť aditio ꝑ
illum tex.allegat no.per gl.in.d.l.ſerui elec.de leg.i. ¶ Tu adde
qꝺ ſi ponderem⁹ verba illius tex.tria ibi cõcurrerũt.ſ.duo ſupe
rius dicta. Jtẽ ꝛ tertiũ qꝛ fuit iterrogat⁹ an eaq̃ dixit vellet ha
bere locũ ꝛ ſic nõ videanť ſufficere dicta duo. Jtez nõ eſt verũ
q ſit neceſſe ꝯuocare teſtes ad actionẽ codicilli imo poſſunt eſſe
fortuiti vt patet i.l.ſi.ad ſi.C.de codicil.ꝛ ideo puto veri⁹ eſſe di
ctũ bar.nã illud qꝺ fuerit in diſcrimine mortis nõ vr̃ inducere
cãm finalem ſed poti⁹ illud qꝺ dꝫ de cõuocatiõe amicorũ nã illa
ratio viget etiã ſi dicta verba ꝑ nõ exiſtẽtẽ in diſcrimine mortis
proferanť qꝛ vr̃ tũc ꝟba deliberate ꝓferre eodẽ modo q̃ñ ad in
terrogationẽ alteri⁹ rñdet ꝑ eaq̃ habenť in.l.in emẽtis.C.de cõ
trah.emp.ꝛ ſic ibi duo iteruenerũt quorũ qꝺ l3 videreť ſufficere
vt q̃ñ ꝓfert ꝟba ꝯgregatis amicis vel etiã q̃ñ ad iterrogationẽ
alteri⁹.Circa ħ tñ ſcꝺꝫ q̃ñ ꝓferunť ĩ vltĩa volũtate adde qꝺ no.
i.l.iubem⁹.C.de teſt. Jtẽ adde inquãtũ dicit an ꝑ ꝓparatoria ĩ
ducať aditio.nã gl.i.l.i.C.quoꝝ bo.ĩ ꝟbo filiũ ad ſi.vr̃ velle q ſi
qs dicat ſe hr̃dẽ tirũ ꝛ agat petitiõe hr̃ditatis ꝯ ſeiũ qꝺ ſibi expe
dit ꝓbare illũ agẽtẽ adiuiſſe:ſ3 forte gl.illa nõ bñ dꝫ qꝛ cũ adi
tio cõſiſtat i ſolo aio qualitercũq3 declarato vt ſupius eſt dictũ
ſatis vr̃ declarari aius agẽtis in adeũdo ex quo narrat ſe iſtitu
tũ ꝛ ĩtẽtat petitionẽ hereditatis cũ illã nõ poſſet intẽtare niſi eẽt
heres ꝛ ſic vr̃ facere actũ qui citra ius ꝛ nomẽ hr̃dis fieri nõ pōt
8 ideo dꝫ induci aditio.l.ꝓ hr̃de.§.papi.ſ.e. ¶ † Jtẽ adde inquã
tũ tãgit an ꝑ facta inducať aditio.nã in ſcꝺo mẽbro vr̃ velle q
habitãs in domo hr̃ditaria nõ videať adire ſ3 i tertio vr̃ velle
oppoſitũ ꝛ ſic vr̃ ſibi fuiſſe ꝯrius.niſi dicas qꝺ in ſcꝺo mẽbro lo
quať q̃ñ habitat non cũ tota familia ſ3 in tertio q̃ñ cũ tota:ſed
certe illa differentia iure nõ probatur imo indiſtincte videť dici
qꝺ habitans in domo hereditaria videtur adire in dubio.l.i.C.
9 de repu.here. ¶ † Jtem adde qꝛ in tertio mẽbro facit differẽtiã
an qs habitet in domo hr̃ditaria an vero recolligat fruct⁹.nã
hec differentia non videtur iure ꝓbari ꝛ vtrobiq3 videtur ea
dem ratio.nam ſicut habitans percipit fructum qui conſiſtit in
habitando videtur ex hoc adire ita videtur quod ſi fructus cõ
ſiſtat in alio ſicut in fundo quod percipiens talem fructũ in du
bio videtur adire.ꝛ hoc etiam videtur voluiſſe Bal.in.d.l.i.C.
de repu.here.ꝛ no.bene quod ſi vendit inſtitutus rem heredita
riam etiam tunc videtur adire vt etiam eſt tex.in.l.ſi quis mihi
bona.i.§.ſ3 qꝺ ſi mãdauit.ſ.e.qꝺ no.ꝓpterea q̃ dixi poſt ang.ĩ
10 l.ꝓ hr̃de i ꝓi.ſ.e.ti.vbi vr̃ male dixiſſe. ¶ † Jtẽ adde inq̃tũ tã
git an ꝑ nõ factũ ĩducať aditio.ꝛ cõcludit q ſic ꝛ ĩfert q ſi vir
mortuus vxore nõ reſtituit dotẽ cũ filiis extãt ex vxore cõeo infan
tes qꝺ ex ħ vr̃ adire.nã Bal.ſ3 ꝯtrã i.l.cũ antigonib⁹.C.e.qꝛ ſm
eũ in aditiõe anim⁹ ꝛ volũtas attẽdiť.l.potuit.C.e.l.ac.C.ſic re
q̃riť qꝺ poſitiuũ ad qꝺ ẽt allegat dictã.l.cũ antigonib⁹.ꝛ rñdet
ad.l.i.pecul ii.§.ſicut.de pec.le.qꝺ ibi iteruenit ꝯdõ per quã qs
nõ vr̃ ꝯ ſe diſponere q̃ rõ ceſſat q̃ñ nulla diſpõ iteruenit.tu poteſ
tenere cũ Bar.qꝛ tex.ẽ ꝓ eo.i.l.recuſare.ſm intel.Ja.de ra.ſ.e.ꝛ
ſic.l.potuit.dꝫ iuppleri ꝑ dictã.l.recuſare.vt ſic ſufficiat animus
q̃litercũq3 declarat⁹.Poteſ tñ ꝯcludere q ſi nõdũ lapſus erat an
nus ꝛ dos erat in pecunia qꝺ nõ vr̃ adiuiſſe marit⁹ qꝛ tũc nõ ꝑt
dici ceſſaſſe i reſti.ex quo nõdũ euenerat dies ſ3 ſi lapſus erat an
nus tũc ſi adiecta erat pena ſatis pōt ꝓſumi q voluerit adire ex
quo ceſſauit.nã nõ eſt veriſimile qꝺ voluerit i dubio incidere in
penã.ar.l.cũ de indebito.de ꝓba.ꝛ.l.merito.ff.ꝓ ſocio.ſaltẽ ſi he
reditas erat ſoluendo.Si autẽ nõ fuiſſet pena adiecta tũc,eſſet
magnũ dubiũ.tñ idẽ vr̃ dicẽdũ qꝛ alꝫ ꝑ lapſum diei fuiſſet i mo
ra ꝛ ꝯſequẽter i ꝯtumacia q̃ reputať delictũ.l.ſi fili⁹.ſ.de iterro.
act.cũ ibi no.ꝑ gl.ꝛ ex hoc etiã teneť ad itereſſe.l.qꝺ te.ſi cer.pe.
cum materia ſua.ꝛ.l.vinũ.e.ti.ꝛ facit qꝺ no.idẽ Bar.in queſtio
ne ſua que incipit debitor in diem. ¶ Ultimo ad de inquantũ
tangit an ille q eſt heres citũ inſtituti a ſeio ſi dubitat an titius
adiuerit hereditatẽ ſiu an poſſit ex iure deliberandi illaz adire.
ꝛ finaliter concludit qꝺ ſic l3 hoc dubiũ indiſcuſſum dimiſerit ĩ
l.ſi pōt.circa finẽ.ſ.e.nã dictũ ſuũ nõ eſt ſine dubitatiõe:qꝛ l3 ħ
nõ ſit neceſſitas ꝓciſa a ꝓncipio tñ ex quo mõ tractať ꝺ aditio
ne vr̃ putare ſe neceſſariũ ſi putat titiũ adiuiſſe ꝛ iõ videreť qꝺ
tũc nõ poſſet adire ꝛ maxime cõditionaliter ꝓpter regulã actuſ
legitimi.ſ.de re.iu.v ſi tutius videreť eẽ q tanq̃ heres ſe gerat.
nã tũc ex quo facit ad cõſeruãdũ induceť etiã acq̃ſitio ꝑ.l.ſeru⁹
ꝛ.l.qui ob pactionẽ.ſ.pro empto.ex quo ſumus in materia que
hꝫ originẽ ab actu voluntario ſecus q̃ñ hꝫ originẽ ab actu neceſ
ſario per ea que habentur in.l.ſi qs putat.ſ.e.ꝛ qꝺ ibi dixi.ꝛ te
ne bñ mẽti qꝺ vltimo hic dicit Bar.qꝺ autoritas nõ pōt inter
poni niſi per verba non autẽ per ſigna per id qꝺ hr̃ ꝑ gl.in.l.ſ.
al᷑s.ni.de auto.tu.ꝛ i.l.i.in ſi.de tute.ꝛ hec ſufficiãt de iſta.l.

SI pupillus. Reſtõ pupilli ꝓdeſt ſideiuſ
ſori.h.d. ¶ Not.qꝺ ſiblata
cauſa fideiuſſiõis ꝑ reſtitutionẽ i integrũ liberantur
fideiuſſores. ¶ In gl.ii.ibi ſolutio.hec ꝟa.ꝛ de ma
teria plene in.d.l.i.ꝛ ii.i.

Summarium.

1 Aditio hereditatis in actu a perſona inſeparabili conſiſtit.
2 Ius rei mutatur ad mutationem domini.
3 Aditio an poſſit per procuratorem fieri.
4 Mandatũ generale ſufficit in acquirenda bonoꝝ poſſeſſione.

PAulus. Per ꝓcuratorẽ hereditas adiri nõ
pōt ꝛ mutatiõe ꝑſone deſinit pecu
1 liũ eẽ caſtrẽſe.h.d. ¶ † No.qꝺ aditio hereditatis ꝯſi
ſtit in actu inſepabili a ꝑſona ħ eſt i volũtate ꝑſone
2 inhereret ĩpẽ fieri ꝑ miniſtrũ. ¶ † Jtẽ no.q mutatiõe dñi mutať
ius rei.ꝛ ſic facit qꝺ ſi res reipublice vel eccl̃ie vẽdať ꝓuate ꝑſo
ne legitime qꝺ illa ammodo poſſit ꝓſcribi ĩpacio q̃ ꝓſcribuntur
res ꝓuatoꝝ.h.d.ſm Dy. ¶ In gl.ii.ibi nõ ꝑ aliena.ꝑ hoc fa
ciat qꝛ qs motũ ſui animi nõ pōt alij cõmitteret vt no.in.l.ſicuti.
ſ.de arb.ꝛ facit qꝺ hr̃ in.l.qꝛ rõ.ſ.de cõdi.iſti.ꝛ ħ ſcꝺa rõ gl.eſt
magis generalis q̃ ꝓma ꝛ cõcludit in oĩ ꝓcuratore tã generali
q̃ ſpeciali ꝛ etiã q̃ñ mãdatũ dareť ſuſpenſiuũ ꝓut tãgit gl.ſ.cir
ca ſinẽ.puta qꝺ adeať ſi reperiať eſſe ſoluẽdo.nã vr̃ qꝺ etiã ꝑ ꝓ
curatorẽ ſpecialẽ habentẽ dictum mandatum non poſſit here
ditas adiri prout etiam tenuit Hug.vt tangit hic gl.in ſi. nam
etiã tunc habet locum hec ſecũda ratio gl. ¶ In ea.gl.ibi ꝓma
placet ꝛ illa communiter tenetur.ꝛ iſte tex.qui loquitur indiſtin
cte.ꝛ per.l.i.in ſi.ſ.de offi.proc.Ce.per locum a ſpeciali ꝛ per rõ
3 nes.ſ.tactas in glo.ꝛ maxime per ſecundã. † Et no.bene ex gl.
tres opiniones i hac materia.nã vna fuit opinio qꝺ non poſſet
adiri hr̃ditas indiſtincte ꝑ ꝓcuratorẽ ſiue ſit generalis ſiue ſpe
cialis ſit.Scꝺa fuit qꝺ per ſpecialẽ poſſit adiri nõ gn̄alẽ quẽ gl.
ſ.reprobat.Tertia fuit qꝺ poſſet ꝑ vtrũq3 adiri.ſ3 illa eſt oĩno
cõtra iſtum tex.ꝛ nõ obſtat reſponſio data in verſu tertij dicunt.
qꝛ diuinat ꝛ deſtruit iſtam literã.Quarta fuit opi.extra glo.qꝺ
poſſet adiri per generalem ꝛ non per ſpecialem.qꝛ i generali ceſ
ſat ratio prima poſita in gl.ſed hec opinio nõ eſt bona qꝛ nõ ceſ
ſat ſaltẽ ſecũda rõ gl.ꝛ vbicũq3 concurrunt plures rões ſi
nales ſufficit vnã adeſſe vt in.§.affinitatis.inſti.de nup.ꝛ no.ꝑ
glo.in.l.liberorum.§.notantur.ff.de his qui no.infa. Jtez qꝛ eſt
ſpãle in ꝓcuratore ceſaris vt.l.i.in ſi.ſ.de offi.ꝓcu.ceſa.ꝛ ſic i ꝯ
rium erit ius commune.i.ius ſingulare.ſ.de legi. Jtem qꝛ in ac
q̃renda hereditate vr̃ requiri ſpeciale mandatu.per.l.ſi quis mi
hi bona.§.iuſſuꝫ.ſ.eo.ꝛ.ſ.ad treb.l.q ita.§.i.ꝛ ſic nõ dꝫ ſufficere
4 aliq̃ modo gn̄ale. † No.tñ ex gl.q i acq̃rẽda bonorum poſſeſſio
ne ſufficit

he ſufficit mādatū gñale. ⁊ cū gl. trāſeūt doc. ſed forte de iure cō
trariū eſt verius q2 bonoꝝ poſſeſſio quātū ad effectuz eſt heres.
vt in. §. quos aūt. inſti. de bono. poſſeſ. ⁊ obligatur in effectu one
ribus hereditarijs ſicut heres vt ibi patet. ⁊. l. j. ⁊. ij. ff. de bono.
poſſeſ. ⁊ ideo videtur quod cū etiā in bonoꝝ poſſeſſione verſet
magnū periculū ꝓpter onera hereditaria ſicut in hereditate q̄d
illa nō ꝺʒ queri ſin ſpeciali mādato. ⁊ ꝓ hoc bñ. ꝺ. l. qui ita. §. j.
ff. ad treb. vbi requirit̄ ſpāle mandatū in acq̄ſitione hereditatis
ſicu ia ex reſtitutione fideicōmiſſaria ⁊ tñ tūc nō trāſeūt niſi iu
ra vtilia. l. j. §. j. ff. ad treb. eodē ergo mō lʒ p bonoꝝ poſſeſſionem
trāſeāt ſolū iura vtilia tñ ꝓpter periculū onerū hereditarioꝝ
ꝺʒ requiri ſpāle mādatū. ⁊ ꝓ h̄ etiā bñ facit theorica Bart. quā
ipſe ponit in. l. ſi ſiius. ff. ꝺ. dona. vbi dicit q̄d qñ acquiſitio eſt
multū periculoſa requirit̄ tūc ſpāle mādatū. Nō obſtat q̄d pōt
peti per nō habentē mandatū ⁊ poſtea ratificari: q2 ꝓ hoc bene
pōt inferri q̄d pōt etiā peti p habentē gñale mandatū ſi poſtea
ſequatur ratificatio ſicut etiā ſi alias in caſu in quo requiratur
ſpāle mādatū actus fieret p ꝓcuratorē generalē. nā lʒ tūc non
ſufficiat. l. illud. §. ſi tal. e. ff. de mino. tñ poterat ratificari. ⁊ hec
opinio vr̄ de iure verior p p̄dicta lʒ doc. oēs trāſeūt cū glo. ⁊ de
materia huius legis aliq̄d tetigit Bal. in. l. j. C. q admit. ad bo.
poſ. in. xxix. ⁊. xxx. oppoſitionibus. lʒ ibi nō tāgit id q̄d ꝓxime
dixi ⁊ tene mēti q2 eſt opinio noua ⁊ ꝯ gl. ⁊ ꝯ oēs doc. ¶ Ultī
mo adde ꝙ tenēdo opinionē Hugolini de qua hic fit mētio in
fine gl. ſi heres q ſcit hereditatē ſibi delatā nō velit adire niſi ſit
ſoluēdo remediū ⁊ cōſiliū eſt ꝙ nō cōſtituat ꝓcuratorē ad adeū
dū ſed ad petēdū bonoꝝ poſſeſſionē inquātū hereditas ſit ſol
uēdo. nā cū in agnitione bonoꝝ poſſeſſionis exigat̄ factū nrē ſuf
ficiat ſola volūtas bñ pōt adiici dicta ꝯditio. ⁊ ſic hoc caſu quo
dāmodo erit neceſſaria bonoꝝ poſſeſſio prout voluit Bal. ſup
rubrica. C. qui admit. ad bonoꝝ poſſeſſionem poſſunt.

Summarium.

1 Abſtentio ſimulata non poteſt prodeſſe.
2 Simulatio ex duabus coniecturis preſumitur.
3 Mercator bona ſua dans alicui timore aduerſe fortune non
cenſetur hoc in fraudem facere.

Si is qui bonis. Abſtētio facta ma
la fide nō ꝓdeſt ⁊ ꝑ
ſumit̄ mala fide facta ſi oīa bona patris emit vel per
interpoſitam perſonam fuerit mercatus. hoc dicit.
1 ¶ † No. ꝙ ſimulata abſtētio nō ꝺʒ ꝓdeſſe. ¶ † Itē not. duas
2 coniecturas ex qbus p̄ſumit̄ ſimulatio ⁊ fraus ſcʒ qñ oīa bona
filius emit facit q̄d h̄r in. l. oēs. §. lucius. ff. q in frau. cre. Alia eſt
qñ ꝑ interpoſitā pſonā. l. fact. ff. de auto. tu. l. pupillus. §. ſed ⁊ ſi
p interpoſitā pſonā. ⁊ facit iſta lex marg. ſi qs alienauit oīa. de
inde poſtea cōmiſerit delictū ex quo alia bona cōſueuerit publi
cari ꝙ p̄ſumat̄ vēditio fuiſſe facta in fraudē de quo plene p bar.
3 in. l. poſt ꝯtrā. ff. de donat. o. † Itē facit ꝙ ſi mercator timēs ad
uerſam fortunā donauerit bona ſua alicui ꝙ illud non habeat
nocere creditoribus quaſi p̄ſumat̄ in fraudē eoꝝ p hāc. l. ſcd̄m
Bal. Itē facit ſi aliqs timēs ꝯueniri petitione hereditatis acq̄
ſiuit titulū quēdā nō habētē ius, vt ſic euitaret cōuentionem
petitionis hereditatis q̄ nō dat̄ ꝯ titulo poſſidētē q2 titulus ta
lis p̄ſumat̄ ſimulatus ⁊ in fraudē acq̄ſit⁹. ⁊ nō ꝓdeſt poſſeſſori
⁊ iō caut⁹ ꝺʒ eſſe aduocat⁹ agētis petitiōe hereditatis. ſm An
ge. vt articulet ⁊ ꝓbet oīno ſi pōt ꝯ illū q ſe p̄tēdit hr̄e titulū q̄d
ille qn̄ illū ꝯtulit nullū habebat ius q2 tūc ſibi nō ꝓderit ſicut
nec hic ꝓfuit filio q redemit bona paterna a non habēte ius de
q iō p Cy. in. l. cogi. C. de peti. heredi. ¶ In glo. mercatis. in ſi.
hec gl. ſiue vr̄ etiā ꝯ tex. q expreſſe videt̄ loq qñ prio ſit abſtinuit.
poſtea emit. vñ Dy. volēs gl. ſaluare exponit lrām dū dicit ab
ſtinuit. i. abſtinere ꝓpoſuit. ſed iſta expoſitio violat lrām. iō dic
al ter. a. l. ſi ſeruū. §. ſi. ꝓut voluit ſentire gl. ſequēs: q2 ibi preceſ
ſit vera abſtētio q̄ nō p̄ſumebat̄ ſimulata. iō ſequēs delictū non
hʒ nocere ei q abſtinuit lʒ h̄ lʒ p̄ceſſiſſet ꝙ bal. a abſtentio preſu
mebat̄ fuiſſe ficticia ⁊ ſimulata in fraudē creditoꝝ nō vera ꝓ
pter coniecturas ꝓpoſitas in litera. ideo mirū ſi talis abſtentio
nō ꝓdeſt. ¶ In gl. tñ ibi, vel verius. cōiunge iſtā cū p̄cedēti. q2 ſi
cōſtat ꝙ emit bona fide nō nocet talis emptio. ſecus ſi ꝯſtat q̄d
mala fide. in dubio aūt ſi emit oīa bona p̄ſumit̄ fraus. ar. l. oēs.
§. lucius. q̄ in frau. cre. ⁊ idē ſi certas res emit p interpoſitas pſo
nas. ⁊ ſic clandeſtine p id q̄d dixi in notabilibus. ⁊ de materia
per Cy. in. d. l. ij. ⁊ per Bar. in. d. l. poſt contractum.

Summarium.

1 Hereditas filio nō q̄rit̄ ſed patri ſcd̄m ius digeſtoꝝ.
2 Filiusfamilias circa que iuſſum ſuum nequeat interponere.
3 Filius in poteſtate nō pōt filiū ſuū habere in poteſtate.

Filiusfamilias. Nō vʒ aditio facta iuſ
ſu pris a nepote q eſt i
1 p̄tāte aui. h. ꝺ. ¶ † No. ꝙ de iure iſto ff. oꝝ hereditas
iuris nō q̄rebat̄ filio ſʒ parēti in cui⁹ erat p̄tāte ſicut
⁊ alia acq̄ſita iuxta. l. p̄ſ. ff. eo. lʒ aliq dixerint ꝯtū ⁊ nō bñ. vt
2 no. i. l. is q heres. §. ſi. ff. e. ⁊ in. l. j. C. q admit. ad bon. poſ. ¶ † Itē
nota ꝙ filiusfamilias nō pōt iuſſus iponere circa id q̄d circa iuſ
ſuʒ alteri⁹ facere nō pōt ⁊ ad hoc venit ꝯtrū formatū in fine gl.
3 ¶ † Itē no. ꝙ fili⁹ q eſt in poteſtate pris nō pōt hr̄e in ſui pote
ſtate filiū ſuū ipſi⁹ filij. ⁊ iō nepos nō eſt in p̄tāte patris ſui viuē
te auo. facit q̄d h̄r in. l. nec mea. ff. de adul. ¶ In gl. ſi. ibi vel dic
cōiter tenet̄ q̄d etiā ante iura autheticoꝝ p iura codicis hoc eſt p
l. ſi. C. de bo. que lib. nō req̄rebat̄ iuſſus vt ibi no. ⁊ etiā in. l. j. C.
q admit. ad bo. poſ. p̄ſit. ⁊ in. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. eo.
⁊ multo fortius idē de iure autheticoꝝ. ¶ In ea. gl. i ſi. ſolue q̄d
ibi fili⁹ nō pōt ſeruū ſuū manumittere vindicta: q2 ipſe erat mi
nor. xx. an. q nō pōt manumittere ſeruū niſi cā cognita p iudi
cē ⁊ approbata, ipſe aūt nō pōt in ſuo factoeē iudex lʒ patri ma
numittēti apd̄ eū bñ pōt eē autor: q2 tūc cognoſcit de fcō alieno
nō ſuo. ⁊ ſic ceſſat rō ꝓhibitiua. ⁊ p̄tertim i hr̄ q̄ fiūt ex officio pu
blico nō curat̄ patria poteſtas. l. nā q̄d. ff. ad tre. ſʒ hic erat eadē
rō ꝓhibitiōis: q2 ille q iubet ꝺʒ habere aliū cui iubet in ſua pote
ſtate. ⁊ ideo cū hic nō haberet nō eſt mirādū ſi nō poteſt iubere.

Summarium.

1 Mandans hereditatem adiri debet eſſe certus de cauſa ac
quiſitionis ⁊ quote.
2 Iuſſus poteſt nutu ⁊ literis explicari.
3 Mutus adire ⁊ iubere poteſt.

1 Pater quoties. † In mādāte hr̄dita
tēs adiri exigit̄ certitu
do cauſe acq̄ſitōis ⁊ quote. h. ꝺ. ¶ In gl. exiſtat. ibi
exiſtere poſſit. ſic exponit gl. q2 ſiā eēt heres nō deſi
deraret̄ ampli⁹ mādatū pr̄nū. ¶ In ea. gl. ibi ſʒ diſtigue. hec
ſolutio vr̄ ꝯtra tex. in. ꝺ. §. ſʒ ſi mādauit. vbi loquit̄ qñ p aliū here
ditas ꝺʒ queri. ⁊ iō Ange. dic t q̄d credit Azo. voluiſſe cui⁹ fuit
hec ſolutio q̄d vbi fili⁹ inſtituit̄ contemplatiōe patris tunc pris
ſciētia requirat̄. ⁊ ſic loquat̄ tex. iſte. ſecus vbi inſtituit̄ fili⁹ cōtē
platioe ipſius filij vel ſimpliciter: q2 tūc deſiderat̄ ſcientia filij in
quo fundat̄ aditio. ⁊ dicit hāc eſſe notabilē itellectū. ſʒ certe nō
vr̄ bonus. q2 ſm iſta tpa nō erat differētia inter p̄dictos caſus.
q2 vtrobiqʒ acquirebat̄ ex toto hereditas pr̄i cui etiā omnia ad
uētitia p filiū querebant̄. l. placet. ff. e. ⁊ pp p̄dicta gl. hic forte re
miſit ad no. in ꝯtra in qb⁹ in effectu notat̄ q̄d attēdi ꝺʒ anim⁹
tā in iubēte ꝙ in adeūte ſi de illo cōſtet. ſʒ vbi nō conſtat recurri
tur ad cōiecturas. ⁊ in dubio ſi putat inſtitutionē factā ex ſemiſ
ſe vr̄ hr̄e animū etiā ad totū ſi in toto ſit facta. ſecus eccōtra pea
q̄ habent̄ in. ꝺ. §. lʒ ſi mādauit. ⁊ ſʒ hoc nō erat differētia iter iu
bentē ⁊ mādātē. ⁊ hoc etiā videt̄ voluiſſe. Dy. in. l. ex ſemiſſe. ff.
eo. Sed cōtra iſtud fortiter facit q̄d habet̄ in. l. cū qdā. §. pe. ff. e.
vbi attendit̄ ſciētia adeūtis ⁊ nō iubētis. vñ Bar. hic ⁊ Ange.
poſt cū dixit q̄d in mādāte req̄rit̄ certitudo cauſe ⁊ quote. ſʒ nō
tāta quāta exigit̄ in filio p. ꝺ. l. cū quidā. §. pe. ⁊ aliter nō decla
rant. Poteſt dicere clarius q̄d vbi conſtat de mente patris ꝙ in
omnē euentū velit acquirere tūc nō requirat̄ ꝙ habeat p̄ciſam
certitudinē. ſʒ ſufficit q̄d filius illaʒ habeat. l. ſi quis mihi bona. §.
iuſſuʒ. ff. e. vbi pʒ q̄d ſi dr̄ filiū eſſe ſcriptū tñ pr̄ nō eſt certus pōt
mādare filio q̄d ſi reperiat ſe ſcriptū adeat ⁊ ꝓ hoc eſt etiā q̄d h̄r
in. l. cū q. §. j. ff. eo. vbi pr̄ mādat filio ꝙ ſi hereditas eſt ſoluendo
adeat. ⁊ ſic ſub ꝯditiōe lʒ ipſe fili⁹ debeat adire pure. ⁊ filio ſuffi
cit filiū ſcire hereditatē eſſe delatam lʒ pater hoc neſciat dūmo
do velit acq̄rere vt eſt tex. in. ꝺ. l. cū quidā. §. pe. Sʒ vbi nō cōſtat
de mēte tunc recurre ad ꝯiecturas, ⁊ in caſibus in quib⁹ p̄ſumit̄
inſtitutū hr̄e animū acq̄rēdi p̄ſumet̄ etiā in patre. vt ſi putauit
inſtōnē factā ex ſemiſſe cū eſſet i totū ⁊ hoc caſu nō requirit̄ cer
titudo quote. vt. ꝺ. §. ſi mādauit. ſecus eſſet eccōtra vt ibi pʒ. ⁊ hoc
caſu poſſit loq hic. Itē lʒ i filio req̄rat̄ certitudo cauſe. l. ſi is ad
quē. ff. e. tñ in patre nō ſemꝑ req̄rit̄ q2 ſi putet delatā hereditatē
ex teſtō cū ſit delata abinteſtato dūmō fili⁹ ſit cert⁹ poterit fili⁹
adire ⁊ nō req̄rit̄ hoc caſu certitudo in patre. q2 veriſimile eſt ꝙ
ſi voluit adiri delatā ex teſtō. fortius delatā abinteſtato cū illa
cōſueuerit pauciora onera habere, ⁊ hoc ꝓbat̄ in. ꝺ. §. ſʒ ſi māda
uit. ſecus eſſet ecōtra ſi putaſſet delatā abinteſtato. ⁊ illā mādaſ
ſet adiri cū delata fuiſſet ex teſtō. q2 tūc nō poſſet filius adire lʒ
ipſe eſſet certus hereditatē ex teſtō delatā ex quo pater non fuit
certus q2 nō eſt veriſimile q̄d pr̄ ſic de facili velit acquirere dela
tam ex teſtamēto que cōſueuit eſſe magis onerata. ſicut delata
abinteſtato que conſueuit eſſe minus grauata. vt. ꝺ. §. ſed ſi mā
dauit. ⁊ hoc caſu poſſit loq iſte tex. ⁊ eodē modo ſi putauit dela
tā ex ſubſtōne q̄ cōſueuit eſſe minus grauata ⁊ erat delata ex in
ſtōne q̄ cōſueuit eſſe magis grauata nō poterit fili⁹ adire lʒ ipſe
ſit cert⁹. vñ hoc caſu req̄rit̄ ēt in pr̄e certitudo. ⁊ ſic ēt intelligat̄

ſite tex.ſec⁹ eēt ēē ſi putaſſet delata ex iſtõne:cū eēt delata ex ſub ſtõne q: tūc ſufficiet certitudo in filio p id qð.ð. in ſili dixi.⁊ qð hr̃ in.d.§.ſʒ ſi,mandauit. ¶ Ex p̄dictis pʒ qual ter dicta verba debēt intelligi q̄ nõ tāta certitudo reqrit̃ in parte quāta requi rit̃ in filio:q: ſi cõſtat de mēte ħ eſſiciarū ⁊ vbi nõ cõſtat de mē te tūc ex coiecturis dep̄hēdit̃ etiā interdū certitudinē requirit in vtroqʒ interdū ſufficere in ſolo filio vt patet ex predictis.

2
3 **Mutus pater.** †Juſſus de adeūdo põt nutu ⁊ litteris explicari.h.d. ¶ †No. q̄ mutus dūmodo nõ careat intellectu põt iubere ⁊ etiā hr̃dita te adire ſeu gerere ſe p̄ herede. nā ex ſignis poterit apparere de eius animo. de quo plene p̄ Bar.in.l.mutus.ð.eodem.

Summarium.

1 Hereditas viuentis repudiari non poteſt.
2 Uenire an poſſit quis contra factum ſuum inualidum.
3 Pactum de ſuccedendo non põt firmari iuramento.
4 Mulier nõ põt matrimonio conſtante rem dotalem alienare.

1 **Q**ui ſupſtitis. Non nocet nobis repu diatio facta de bonis vi uentis.h.d. ¶ †No. q̄ hereditas viuētis nõ põt repu diari.⁊ rõ eſt q: añ mortē nõ eſt delata.ergo non põt adiri ⁊ ɔ̄ñr nec repudiari.l.is põt.ð.e.t.⁊ ideo q: repudiatio eſt nulla nõ p̄hibet̃ poſt mortē adire.ſecus autē eſt qñ repudiatio eſſet valida.l.ſicut.C.de repu.here. ¶ In gl.ij.ibi ſol.ibi tacite. nā ibi pncipalr̃ ⁊ exp̄ſſe remittebat ius p̄ronatus qð eſt ius vle includēs ſub ſe etiā ius ſuccedēdi ipſi liberto.iõ tacite ſub dicta vniuerſalitate intelligit̃ remiſſum lʒ exp̄ſſe nõ potuiſſet remitti vt dicit gl.facit q̄ hr̃ in.l.q̄dā.ð.de acq.re.do. vbi multa trāſeūt cū vniuerſitate q̄ p ſe ſpecifice aliā nõ trāſirēt. ¶ In ca.gl. in fi. nā ħ fuit ſimplex renūciatio.in ɔ̄rio ꝟo,donauit rē tanq̄ here ditariā viuente illo de cuius hereditate tractabat qð nullo mo erat licitū.iõ ibi tanq̄ ab indigno poſtea auferē.hic aūt nih.l at tingit hereditariū. ¶ In gl.ſi.ibi idē ſi iuret.hoc verū de iure ci uili.ſecus de iure canonico nā tūc p̄pter iurām ſuari dʒ pactū de nõ ſuccedēdo.vt eſt tex.in.c.quāuis.de pac.li.vi.⁊ p̄ualet ħ ca ſu ius canonicū ciuili: q: iur̃m eſt qd ſpūale.⁊ in materia ſpūali vel peccati p̄ferē ius canonicū iuri ciuili.etiā i foro ciuili. vt no. p̄ gl.in.c.poſſeſſor.extra de reg.iur.li.vi.⁊ p̄ Jo.an. ⁊ Jo.cal.in c.i.extra de ope.no.nū.⁊ p̄ legiſtas in.l.puilegia.C.de ſa.ſan.ec. Aduerte tñ q: Saly.in.l.pactū q̄ dotali.C.de pact.ſm do.ſuū do.Richar.limitat dictū.c.dupl̃r. Primo q: dixit illud p̄cedere in terminis ſuis qñ mulier q̄ renūciauit fuit dotata.nā tūc tale pactū non vr̃ ɔ̄tinere inīqtatē.ſec⁹ ſi filia nihil penit⁹ recepiſſet. q: tūc ſcðm eos etiā ſi renūciaret cum iurā nõ p̄iudicaret q: vr̃ tūc quodāmodo quādā iniqtatē cõtinere vt filia excludat̃ nihi lo recepto. Itē dicit illud.c.hr̃e locū qñ pr̃ nõ inſtitueret filiā q: tunc bñ poſſet venire p̄.l.ſi p̄ronus nõ ɔluerit.ð.de bo.lib.nā vr̃ pater voluiſſe illā excludere ne veniat ɔ̄ eius volūtatē non ſic ɔ̄ eius volūtatē. Itē tertio dicūt q̄ ſi ſuperat tp̄e renūciatio nis frater maſculus cuius cõtēplatione pr̃ fecit filiā renunciare poſtea q̄ ſi cõtingit fratrē iſtū p̄mori ⁊ patrē decedere ab inteſta to q̄ poterit tunc filia venire tanq̄ ceſſauerit cā ɔ̄tēplatio renū ciationis.iõ nõ dʒ nocere.ar.l.iubemus.C.ad vell.⁊ ſunt nota biles limitationes ad dictū.c.tñ p̄ma eſt multū dubia q: cõiter doctores ſimpl̃r dicūt pactū de nõ ſuccedēdo iurā firmari de iu re canonico ⁊ facit rõ poſita ibi i tex.q̄ vniformiter locū hʒ.ſ. q: ſeruari dʒ iur̃m qð nõ vergit in diſpēdiū ſalutis eterne nec i al terius p̄iudiciū.ergo cū rõ illa indiſtincte militet ēt ſi nil recepe rit filia vr̃ q̄ etiā habeat locū diſpoſitio.ar.l.illud.ð.ad.l.aquil. cū ſi.⁊ p̄ſertim cū rõ ſit ibi exp̄ſſa.facit qð no.gl.in cle.i.de ele.⁊ ſic q̄ ibi dr̃ de dote notauit facti accidētia nõ iuris miniſteriū at tēta rõne ibi poſita. Alie aūt due limitationes ſatis vident̃ rõ nabiles. Fateor tñ q̄ maiorē eqtatē hʒ pactū qñ mulier recepit dotē q̄ qñ nihil recipit.tñ vtroqʒ dʒ illud ſeruari ex quo vtro biqʒ hʒ locū rõ litere. An aūt tale pactū filie habeat nocere ſuis filijs. Bart. hic ſimpl̃r dicit q̄ nõ etiā ſi habeat venire ex p̄ſona matris vt q: velint ſuccedere auo cū auūculis vel patruis quo caſu nõ poſſent ex eorū p̄ſona venire cū ſint in gradu poſteriori. facit qð hr̃ in aut.ceſſante.⁊ in aut.poſt fratres.C.de legi.here. ⁊ in aut.de nup.§.ſoluto.col.iiij.nā factū filie nõ dʒ p̄iudicare ipſius filijs q̄ tale ius hñt a iure.ar.l.ſi arrogator.ð.de adop. Sʒ aduerte q: tale factū filie eſt a iure approbatū iõ vr̃ debere no cere vnde forte ipſe Bar.in.l.liberorū.in ſine. col.ij.de ver.ſig. dicit q̄ ſi filia excludit facto ſuo vel p̄p̄t ei⁹ odiū nõ nocet filius ar.l.ij.vij⁹.§.aſi vla.ð.de pac.⁊.l.nõ tñ.§.ſi emācipat⁹.ð.de ɔ̄tra. ſec⁹ ſi p̄p̄t alteri⁹ fauorē vt ſi p̄ ſtatutū excludat̃ filia femina ex tātib⁹ maſculis vt tūc itelligit̃ etiā exclutus filius filie. ſʒ aduerte q: in renūciatiõe gl.vr̃ ſentire q̄ noceat filius in.d.c.q̄uis. in gl. ſi. Sʒ poſſis dicere q̄ illa gl.loqt̃ i dʒ itelligi qñ dixit venire tanq̄ hereditarium q: in hereditate auia nõ reperiet hr̃ditatē auiq̄ ſi fore reperiet ſi filia nõ fuiſſet p̄ pactā excluſa. Itē attēde q:

dictū Bar.vr̃ p̄cedere qñ filia in vita p̄ris mortua eſſet.nā tunc vocat̃ eius locū filius eius p id qð hr̃ in.l.gallus.de libe.⁊ poſth. ⁊.l.poſthumorū de inu.teſt.⁊ iſtud etiā voluit Bal.i.d.l.pactū. de colla. Bal.tñ in.d.l.pactū.de pac.vr̃ dicere q̄ hoc caſu pote rit venire ex p̄ſona p̄p̄ria vt ſi haberet ſuccedere cū filijs alteri⁹ filie vel filij ſec⁹ ſi haberet neceſſe venire ex p̄ſona mr̃is vt qñ vel let venire cū auūculis vl̃ patruis.ſʒ veri⁹ puto dictū Bar.⁊ bal. hoc caſu q: renūciatio fcā p̄ matrē habebat i ſe tacitā cõditionē ſi ſucceſſio ſibi deferret.nā in vita p̄ris nõ hʒ filius ius ſuccedēdi vel filia vt legit̃ ⁊ no.in.l.ſi.ð.de li.agno.⁊ ideo ſi cõtigat q̄ mo riat̃ filia añ patrē i effectu hr̃ p̄ nõ facta renūciatio q: excludit̃ pot.⁹ p̄ mortē q̄ p̄ renūciationē.lʒ vbi filia decederet poſt mortē p̄ris tūc poſſet p̄cedere diſtinctio an filius filie habeat venire ex p̄ſona ſua vt tūc ſibi nõ noceat renūciatio mr̃is ex quo ex ei⁹ p̄ſo na nõ venit.an ꝟo habeat venire ex p̄ſona mr̃is vt qñ vult ve nire cū patruis vel auūculis nā tūc vr̃ q̄ hēat nocere.nā ex q̄ mr̃ ſupuixit ⁊ ſic tractari potuit de ſucceſſiõe p̄ris ſui renūciatio ha buit effectū ⁊ ſicut ſi ipſa renūciaſſet poſt mortē p̄ris portio ſua accreſceret fratrib⁹ ſuis.l.i.C.qñ nõ pe.par.nõ aūt veniret ad fi lios ſuos.ita vr̃ q̄ etiā hoc caſu ex quo ſupuixit pater ⁊ eſt exclu ſa p̄ renunciationē accreſcat portio ſua fratrib⁹.nec põt dici fi lios ſuos ſubintraſſe gradū mr̃is ex q̄ ſupuixit mr̃ poſt mortē p̄ris p id qð hr̃ i.l.ſi q̄s exheredato.de inni.teſt.⁊.l.ſi q̄s filiū.C.ð inof fi.teſt.⁊ hoc pl⁹ placet q̄ id qð notauit Bal.i.d.l.pactū. vbi di cit p̄derādū an filia renūciet lʒ aliqd recipiat ſi non recipit p̄o p̄te ſua vt tūc nõ noceat filijs.ſec⁹ ſi recipit aliqd p̄ p̄te ſua ⁊ vo cat ſe ɔ̄tētā ⁊ renūciat q: tūc nocebit filijs cū vr̃ partē ſuā tūc hr̃e ⁊ dat ɔ̄ſiliū ſi vult pr̃ excludi ēt filios filie q̄ det aliqd filie ⁊ fa ciat filiā vocari ɔ̄tētā p̄te ſua ⁊ renūciare cū iurā ſʒ certe nec ꝟ vi deo q̄re tūc filij filie nõ p̄nt venire ab iteſtato ſi veniāt ex p̄ſona ſua ex q̄ filia eſt excluſa a ſucceſſiõe ab inteſtato lʒ habuerit aliqd: q: illð nõ hʒ tanq̄ hr̃s vt p̄ hoc dr̃ ſuccedere defuncto iõ ex q̄ eſt excluſa dʒ hr̃ditas venire ad ſequētes i gradu ex ſucceſſorio edi cto i.§.placebat.iſti.de legi.agn.ſucceſ.l.i.i p̄n.⁊.§.qð⁹.ð.de ſuc ceſ.edic.⁊ tene menti p̄dicta qm̄ ſunt ſp̄ pane lucrādo ⁊ q̄tidiana.

2 ¶ †In ca.gl.ibi vbi nõ tenet.circa iſtū articulū an poſſit q̄s ve nire ɔ̄ factū ſuū inualidū q: doc.⁊ gl.nõ p̄fecte loquunt̃ in.l.poſt mortē.ð.de ado. Potes cõcludere ſm Jo.de cal.in.c.ſi q̄s p̄ſbyterorū.in fine tertie oppoſitiõis extra de re.ec. nõ alie. aliē addi to.q: aut q̄s vult venire noīe alteri⁹ vel ad alteri⁹ ɔ̄modū. Aut vult venire ſuo noīe ⁊ ad cõmodū ſuū. Primo caſu ſi ē remot⁹ ab admiſtratiõe nõ p̄t.gl.q.a.c.monem⁹.ſec⁹ ſi nõ ſit remot⁹ ab ad miniſtratione.l.iubem⁹.§.econom⁹.C.de ſa.ſan.eccle.⁊ in.d.c.ſi q̄s p̄ſbyterorū.⁊.xxxv.q.ix.qð q̄s cõmiſit.⁊ ideo p̄lat⁹ vel econo mus eccl̃ie q̄ male alienauit põt ipſe idē reuocare noīe eccl̃ie niſi eſſet remot⁹ ab admiſtratione.facit ēt qð no.in.l.i.C.de lib.cā.⁊ l.ſi tibi liberū.C.ð euic. Sc̄ðo caſu ex ɔ̄uētione ſeu reuocatiõe re mouet̃ periculū aie vel vtit̃ fauore rei publice vl̃ libertatis.⁊ tūc põt ɔ̄uenire et nõ obſtāte q̄ allegaret turpitudinē ſuā p̄ q̄ hr̃ l §.q: ius.xxxv.q.ix.⁊ in.c.ſenor.⁊ in.c.lator.⁊.c.conſanguinei.ex de re iud.⁊ no.i.c.inter dilectos.extra de dona.⁊ facit qð no.in l.i.⁊.l.interrogatā.C.de lib.cā.l.ſi tibi liberū.C.de euic. Aut nõ cõtigūt p̄dictā ex reuocatiõe nec aliqð p̄dictorū ⁊ tūc aut factū erat oīno nullū aut erat aliqð i veñ caſſandū.p̄rio caſu aut vult venire ɔ̄ i iudicio aut ex iudiciū.ſi i iudi.tūc ſi vult ɔ̄uenire agē do nõ p̄t q: vr̃ allegare turpitudinē ſuā.i.c.cū ſup.ex ð ɔ̄ceſ. p̄b. ⁊.l.ſi creditorib⁹.C.ð ler.pig.da.manu. Excipiēdo aūt poſſet p̄ id qð hr̃ i.l.i.⁊ p̄ totū.C.de ɔ̄di.ob cau. Circa tñ hoc adð qð no. bar.l.i.iuiurādu.§.p̄curator.ð.ð iureiu. Si āt vult ex iudiciū ɔ̄ uenire tūc ſi act⁹ erat null⁹ ex defectu p̄ſtātis facientis vl̃ ex defe ctu forme p̄t ɔ̄uenire vt i.c.noſti.⁊.c.inotuit.⁊.c.cū terra.ex ð ele. ħ tñ vr̃ limitādū niſi diuturnitas tp̄is interuenerit q: tūc interdū ɔ̄uenire nõ poterit vt eſt caſus ſʒ vnū intel.i.d.l.poſt mortē. Si aūt defect⁹ erat i recipiēte tūc ſi illū ſciebat act.facies nõ põt ɔ̄ue nire i.c.diuerſis fallacijs.⁊ ibi de materia.ex de cle.ɔ̄iu.⁊ i.c. ve niēs.de ſi.p̄l ſec⁹ ſi ignorauit p̄ id qð hr̃ i.d.c.noſti.⁊.c.cū terra. ⁊.c.inotuit. ¶ Ultio caſu qñ act⁹ tenebat lʒ erat caſſād⁹ tūc nõ põt venire ɔ̄ p̄ id q̄ hr̃ l.d.c.ſicut.ex de ele.⁊ p̄.l.p̄ſtcū.ð.de fur. tuit.p̄dl.⁊ de materia l.d.c.noſti.⁊ in.c.penit.⁊ ca.ix.di.lʒ plen⁹ habes materiā p̄ p̄dicta ⁊ habes etiā ex p̄dictis intellectū.l.qui admodū.ð agri.⁊ cēſ.C.li.xi.⁊ ēt tex.⁊ gl.iuſti.q.al.c.l.in p̄n.⁊ §.i.i.qð⁹ pʒ qð admittit̃ q̄s ɔ̄ factū ſuū vt reuocet illud.nā illð iõ eſt q: de iure nõ tenuit ⁊ q: ꝟſat̃ i reuocatiõe fauor publice vti litatis. ¶ In ca gl.ibi de pacto future ſucceſſionis. attēde q: hic loqt̃ de pacto ð nõ ſuccedēdo qð vt dixi firmat̃ iuramēto de iu re canonico qð dʒ ſeruari ēt i foro ciuili vt dixi ⁊ p̄bat p̄ ea q̄ ha

3 bent̃ i ſili.c.i. mulieres.de iureiu.li.vi. †Pactū ꝟo de ſuccedē do cū ſit cōtra bonos mores.l.ſi.C.de pac.⁊.l.ſtipulatio hoc mõ ɔ̄cepta.de ꝟ.ob.nõ firmat̃ iuramēto p̄ regulam non eſt obli gatoriū.de iciu.li.vi.⁊ de materia huius pacti future ſucceſſionis plene tangit̃ in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.v.b.etiam di xi ⁊ in.d.l.ſi.C.de pac.maxime per Bar. ⁊ aliquid per Saly.in.l. pactum.

pactũ q̃ dotali.eo.ti.ꝛ p gl.ꝛ doc.in.l.pactũ.C.de colla.ꝛ ibi ēt
p Bal.¶ In ea.gl.ibi nõ poſſe repudiari. ſupple etiã p pactuʒ
iuro nõ firmatũ in caſu iſto in quo agit̃ de hereditate viuẽtis ſʒ
vbi nõ ageret̃ de hereditate viuẽtis tũc lʒ ius de futuro nõ tol
lat̃ ſimplici repudiatione tñ tolli põt p pactũ.l.ſ.ꝛ ibi not.C.de
pac.ꝛ ſilr p renũciationẽ q̃ fieret in pñtia partis. nõ ↄ̃dicẽtis cũ
illa habeat vim pacti.l.tale pactũ.in pꝛin.ff.de pac. ꝛ idẽ ſi in iu
dicio fiat ꝑpter iudicis autoritatẽ vt no.in.l. plurimũ.ff.e. de quo
p Cy.in.d.l.ſ.ꝛ dixi in.l.ſi traſcriptũ.§.ſi ſub cõditione.ff.de le.
4 ij.¶ †Extra gl.dicit hĩ Ang.Bar. tenere hic q̃ ſi mulier alie
nat rẽ dotalẽ ↄ̃ſtãte mr̃imonio nõ trãſfert̃ dñiũ rei dotalis etiã
poſtea diſſoluto matrimonio lʒ interuenerit iuſm ex eo ↄ̃tc̃ꝰ nõ
firmat̃ p iuſm ſʒ tñmodo mulier iurãs impedit̃ venire ↄ̃ iuſm
ꝛ iõ filiꝰ eius poterit agere ad rẽ ipſam dotalẽ vẽdicãdã ex quo
dñiũ nõ fuit trãſlatũ.ꝛ q̃ ſibi nõ obſtabit iuſm cũ ex pte iurãn
tis iuſm ſit pſonale ꝛ nõ tgrediat̃ iurãtis pſonã lʒ ex pte eiꝰ cui
iurat̃ ſit in rẽ vt no. Inn.in.c.veritatis.extra de iureiu.ꝛ facit q̃
hẽ in.l.ēt ſi in rem.ff.de iureiu.Sʒ ipſe Ang. dicit q̃ huic dicto
fortiter obſtat qꝛ ex iuro oꝛit̃ duplex vinculũ.vnũ q̃ afficit ſolã
aiam iurãtis ſi piuret̃ ꝛ iſtud nõ trãſit in heredẽ qꝛ eſt mere pſo
nale. Aliud eſt vinculũ ciuile q̃ aſtringit̃ ad nõ veniẽdum ↄ̃ ꝛ
iſtud vinculũ ↄ̃tc̃ũ in pſona defũcti trãſmittit̃ in heredẽ. ſicut
ꝛ relique obligatiões pſonales.ꝛ p hĩ allegat tex.in auſ.de iu
reiu.a morẽ.pſti.§.1.col.v.facit ēt lʒ nõ alleget q̃ hr̃ in.l. nam ꝛ
poſtea.§.ſi.cũ.l.ſeq.ꝛ.l.ſi duo pꝛoni.§.idẽ iulianꝰ.de iureiu.ꝛ q̃ð
hr̃ in.l.cũ qs.§.codicillis.ff.de leg.iij.vñ lʒ heres nõ poſſet repel
li ex cã piurij.poterit tñ repelli ex hĩ capite qꝛ obligatꝰ eſt ad nõ
veniẽdũ ↄ̃ iuſm defuncti cui ſuccedit. Tu adde q̃ dcm̃ bart.q̃ð
Ang.hĩ refert cõiter nõ hr̃ in lect.ꝛ ipſe idẽ Bar.vr̃ tenere ↄ̃ſiſt
in.l.ſi qs ꝓ eo.ff.de fideiuſ.vbi dicit q̃ lʒ iura videant̃ ſimplr̃ di
cere iuſm debere ſeruari interpoſitũ ſup ↄ̃tcu rei dotalis vel mi
noris tñ dẽat itelligi qñ ↄ̃tcꝰ firmet̃ iuro p id q̃ð no.p gl.i auſ.
ſacrã.C.ſi aduer.vẽ. ꝛ hãc ptẽ q̃ ↄ̃tcꝰ firmet̃ iuro tenuit ēt Io.
an.poſt Io.mona.ꝛ archi.in.c.quãuis de pac.li.vj. in nouella.
ꝛ in.c.cũ.C.laicꝰ extra de fo.cõp.li.vj.ꝛ idẽ ſequit̃ Io.cal.in ad
di.ſuis in.c.cũ ↄ̃tingat. de iureiu. mouet̃ qꝛ alſ de facili poſſent
fraudari dicta iura ſi ex cã onerosa cederent̃ alicui iura bona ſi
de recipiẽti ceſſionẽ qꝛ ille poſſet agere ad reuocationẽ vẽdicãn
do rẽ ex quo dñiũ nõ eſſet trãſlatũ ꝛ ↄ̃tcꝰ nõ eſſet firmatus non
obſtaret ſibi exceptio piurij ex quo ipſe nõ iurauit. ꝛ ꝓ hac pte
dicit eſſe caſum in dicto.c.quãuis.de pac.lib.vj.vbi dicit lr̃a q̃ð
quãuis pactũ q̃ filia facit de nõ ſuccedẽdo pr̃i iprobat lex ciui
lis tñ ſi ſit firmatũ iuro pſtito ab eadẽ oĩno ſuari dʒ ꝛ ſic ex te
noꝛe l're nõ cauillãdo appet de mẽte litere eẽ q̃ pactũ tũc ſer
uet̃.Nec ob.ſi dicat̃ q̃ rõ q̃ ibi ſequit̃ ſcʒ qꝛ nõ vr̃ in pꝛiudiciũ
alteriꝰ nec in ſalutis ale diſpẽdiũ vr̃ ↄ̃cernere iuſm pec id q̃ð hr̃
in.c.ſi ꝓo.ꝛ.c.cũ ↄ̃tingat.de iureiu.qꝛ lʒ dicta rõ poſſet adapta
ri ad iuſm tñ ēt põt adaptari ad pactũ vt ex ſe pʒ.ꝛ facit q̃ hr̃ i
c.ſi.alias.i.de pac. ꝛ iõ ad illud dʒ adaptari ex q̃ ex ordine litere
tex.vr̃ loq̃ de pacto.nec vr̃ bona pũctatio quã aliq̃ faciũt cauil
lãdo vt ibi tex.punctet̃ añ ꝟbũ ab eadẽ vt ſic ↄ̃iũgat̃ cũ ſeq̃ẽ
tibꝰ dũ dicit oĩno ſeruari debere ꝛ nõ cũ pcedẽtibꝰ dũ dicit pſti
tit.qꝛ vt dicit Io.cal.in.d.c.cũ ↄ̃tingat.illud eſt violare lr̃am ſi
lʒ de cuiꝰ mẽte vr̃ eſſe q̃ cũ pcedẽtibꝰ ↄ̃ſtruat̃.ꝛ hec opi. vr̃ eſſe
cõis vt pʒ ex pdictis ſacis placet p ea q̃ ſupius ſunt dicta.

Summarium.

1 Voluntas q̃ſq; p verba ꝛ q̃ſq; p facta declarari põt.
2 Voluntas delata quocũq; volũtatis indicio recuſari põt.
3 Matrimonium per quid valide contrahatur.

1 Recuſari. Breuis eſt ꝛ nõ firmat̃.¶ †No
ta q̃ volũtas pt declarari p ꝟba
2 ꝛ ēt p facta de q̃ plene p Bar.i.l.gerit.ff.e.¶ †Itẽ
no.q̃ hr̃ditas iã delata pt recuſari q̃cũq; indicio vo
lũtatis.ꝛ p hĩ dt Bar.vt refert hĩ Ang.lʒ in lectura nõ habeat̃
q̃ ſi ſoror pmiſit hr̃ditatẽ pr̃nã diu poſſideri p fratres ꝛ cũ age
bat aliq̃d petebat ab eis vt a fratribꝰ ſuis excluſa q̃ vr̃ repudiaſ
ſe potens.ꝛ ſuccedẽdi nõ ex ſolo curſu tp̃is qꝛ nõ pſcribit̃ niſi lõ
giſſimo tp̃e.l.ij.C.e.ſed intelliget̃ repudiaſſe tacite p.l. pcuis.ff.
de ꝓba.q̃ð intelligo ſi nõ errauit in iure per id q̃ð hr̃.ff.e.l. clau
dius.ſecꝰ dicit ſi diu ſiluit ꝛ cũ fratribꝰ nihil habuit cõe qꝛ ni
hil ab eis petijt nec cũ eis rõnẽ calculauit de aliquibus geſtis.
nã tunc diuturnũ ſilẽtiũ nõ induceret repudiationẽ p dict.l.ij.
3 ¶ †Itẽ inducit̃ iſte tex.p Cy.ꝛ Bal.poſt eũ ad iuſtificationẽ
libelli ſi dicat̃ in eo q̃ titiꝰ ↄ̃xit mr̃imoniũ p ꝟba de pſenti cum
Berta.Nã vr̃ q̃ nõ pcedat qꝛ mr̃imoniũ nõ fit p ꝟba ſed p cõ
ſenſum.l.nuptias.ff.de reg.iur.nã intelligit̃ dixiſſe q̃ ↄ̃xit p ver
ba decla. ante ↄ̃ſenſum.¶ In gl.q.ibi appareret eũ nolle. puta
p ſigna.facit.l.nutũ.ff.e.ꝛ in Ia.de are.latis appareret ſi ſciẽter
pa.itur rẽ hereditariã perire.ꝛ ſic no.q̃ negligẽdo etiã declara
tur volũtas ꝛ ſic facit q̃ ſi pater nõ ſoluit dotẽ delatã filio ſuo p
ꝑpt mortẽ vxoris ſue q̃ videat̃ adire p filio ſi forte erat infans
talẽ qñ alias incurreret penã de quo per Bart.in.l.gerit.ff.e.ꝛ
ibi dixi lʒ Bal.teneat ↄ̃riũ i rubrica.C.q̃ admit.ad bo.poſ. pñt.
in ꝟ.circa octauũ.ꝛ in .l.cũ antiquioribꝰ.C.de iu.deli. Sed opi.
Bar.videt̃ verior p dictũ Ia.de are.hic poſitũ. ꝛ per id q̃ð dixi
in.d.l.gerit.Nec ob.q̃ delinquẽdo qs non fit heres.l.ſi qs extra
neus.ff.e.qꝛ illud verũ qñ cõſtaret de delicto. ſecꝰ vbi ſumus in
dubio qꝛ tũc potius preſumitur adire q̃ delinquere ſi qualitas
facti non repugnat arg.l.merito.ff.pro ſocio.

Summarium.

1 Putans ſe nihil agere ſi quid tamẽ egerit valet quod agit.
2 Veritas eſt opinioni preferenda.

Quiſe pupillũ. Error adeũtis in etate
ꝓpria aditionẽ non im
pedit.h.d.¶ In tex.ibi pubes ſupple ꝛ curatorẽ nõ
haberet p ea q̃ no.in.l.impuberibꝰ.ff.e.¶ In tex. ibi
1 nocebit.ratio ẽ qꝛ talis error nõ circũſcribit volũtatẽ.¶ †No.q̃
lʒ qs putet ſe nihil agere tñ vʒ id q̃ð agit.ꝛ ſic facit q̃ ſi aliqs ↄ̃
hat matrimoniũ p ꝟba d pñti cũ aliq̃ quã putat alij nuptã ſi re
ꝟa nõ eſt nupta nihilominꝰ tenebit mr̃imoniũ ſm Cy.ꝛ Bal.
peccat tñ tũc tal ꝓpter intentionẽ corruptã ꝛ de illa dʒ penitẽ
tiã agere p id q̃ð habet̃ in gl.in.§.cogitatio. de peni.di.ij. ꝛ q̃ð
2 no.etiã per canoniſtas in.c.j.extra de eo q̃ mit.in poſ.¶ †Item
no.q̃ prefert̃ veritas opi.Et ſic facit q̃ ſi aliqs percutiat aliquẽ
laicũ putãs ipm eſſe clericũ q̃ p hoc nõ ſit excõicatus lʒ de intẽ
tiõe corrupta debeat agere penitẽtiã. An aũt ecõtra percutiẽs
clericũ quẽ putat laicũ ſit excõicatꝰ. tenẽdũ eſt q̃ nõ p id q̃ð no.
gl.in.l.ſi qs ignorãs.C.loca. de quo etiã p canoniſtas in.c.ſi ve
ro.ſi aliqs.extra de ſen.excõ.ꝛ aliq̃d etiã in.l.itẽ apud labeonẽ.§.ſi
quis virginẽ.de iniurijs.ꝛ Bar.etiam in.l.diuus.ff. de ſica. vbi
reſpondet ad.l.eum qui.§.pe.de iniur.

Summarium.

1 Papinianus ꝛ ſi acutiſſimo fuerit ingenio reprehenditur ta
men a Paulo.
2 Sententia ex alia cauſa q̃ alligatum ſit iuuari poteſt.
3 Errans in iure non cenſetur ſuo iuri renunciare.
4 Error iuris voluntatem repudiandi impedit.

Clodius. Qui adit ex poſteriori teſtõ iuali
do p errorem vr̃ ex pꝛio repudiare
ſʒ papinianũ ſʒ ſm paulũ cõtrariũ eſt dicendũ.h.d.
1 ¶ †Itẽ no.q̃ lʒ papinianꝰ fuit acutiſſimi igenij. vt
l.cũ acutiſſimi.C.de fideic.tñ interdũ male dixit vñ hic reprehẽ
2 dit̃ p paulũ ſcðm vnũ intelle.¶ †Itẽ not.q̃ ſnia põt ex alia cã
iuuari q̃ ſit allegatũ ſi forte iudici videat̃ illã ex actis poſſe iuua
ri vt hic ꝓbat̃ ſcðʒ vnũ intel.ꝛ facit q̃ð hr̃ i.l.triciãꝰ.ff.q̃ð cũ eo.
3 ¶ †Itẽ no.ſcðʒ verũ intel.q̃ð errãs iure nõ vr̃ ſuo iuri repudia
re.ꝛ ad hoc allegat̃ iſta lex:qꝛ ſepe reuocat̃ i dubiũ an errore fa
ciẽs aliq̃d q̃ð ſi ſciẽs faceret pꝛiudicaret ſibi ꝛ perderet lucrũ eo
dẽ modo ꝛ tũc ſibi pꝛiudicet. Potes ↄ̃cludere q̃ aut tractat̃ de
lucro q̃ſito lʒ cũ ptãte repudiandi.aut de lucro q̃rendo. Pꝛimo
caſu nõ facit ſibi preiudiciũ etiã ſm papi.l.que fideicõmiſſum.ff.
de leg.ij.iuncta.l.cũ pater.§.ſurdo.eo.ti.ꝛ.l.ſi qs ita hereditatẽ.
cũ ibi no.ff.de ↄ̃di.inſti.Scðo caſu aut querit̃ an preiudicet ſibi
4 vi repudiationis aut ex vi delicti.aut ex lapſu tp̃is. †Pꝛimo ca
ſu regulariter nõ pꝛiudicat ſibi qꝛ error etiã iuris impedit volun
tatẽ repudiãdi.facit q̃ð hr̃.ff.e.l.ſi is ad quẽ.ꝛ.l.ſi p errorẽ.ff. de
iuriſ.om.iu.ꝛ.ff.de le.iij.l.ſi mater.fallit in duobus caſibus. Pꝛi
mus eſt cũ ex eadẽ ſcriptura qs vellet vti ꝛ allegare ↄ̃ria. exẽplũ
in.l.ſi.C.de codicil.ſecꝰ qñ ex diuerſa vt in hac.l. ſm ſniam pau
li.etiã tãgit̃ per gl.ꝛ Bar.in.d.l.ſi.vnde nõ pcederet lex illa qñ
qs pꝛio dixiſſet ſe hr̃dẽ ex teſtõ poſtea diceret ex codicillis ſe fidei
cõmiſſariũ vniuerſalem eſſe quo tũc ex diuerſis ſcripturis ſe fun
daret.nã hoc caſu nõ loquit̃ illa.l.ſed Bal.ibi tenet oppoſitum
qꝛ ſm eum eſt eadẽ rõ etiã in dicto caſu ſi ſciebat vtrãq; diſpoſi
tionẽ eſſe factã lʒ errauerit errore iuris ideo hʒ locum diſpoſitio.
ar.l.illud ad leg.aqui.Fatet̃ tñ q̃ð in diuerſis ſcripturis faciliꝰ
põt cadere ignorantia qꝛ hñs notitiã teſtamẽti potuit ignorare
